HEDERICI

LEXICON

Manuale Græcum, &c.

K Hederich (B.)

~~381. g~~

12 L g

12
R Room

M. BENJ. HEDERICI

LEXICON

Manuale Græcum,

OMNIBUS SUI GENERIS LEXICIS,
QUÆ QUIDEM EXSTANT,
LONGE LOCUPLETIUS,
EAQUE RATIONE
IN TRES PARTES,
VIDELICET
Hermeneuticam, Analyticam & Syntheticam
DIVISUM;
UT PRIMA
VOCUM GRÆCARUM Ordine Alphabetico
Se excipientium INTERPRETATIONEM LATINAM;
ALTERA
DIFFICILIORUM ex iiſdem, quæ in ſcriptoribus
Cum aliis, tum iis præcipue occurrunt, qui JUVENTUTI in Scholis
Prælegi ſolent, RESOLUTIONEM GRAMMATICAM; &
TERTIA
VOCUM PHRASIUMQUE LATINARUM,
Quæ in primis e re Græce quidpiam reddituris eſſe poſſunt,
INTERPRETATIONEM GRÆCAM exhibeat.

Recenſitum & plurimum auctum a SAM. PATRICK.

LONDINI,
Excudit S. PALMER;
Impenſis J. & J. KNAPTON, R. KNAPLOCK, J. & B. SPRINT, D. MIDWINTER,
W. & J. INNYS, J. OSBORN & T. LONGMAN, & R. ROBINSON,
M. DCC. XXVII.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

Viris Nobiliſſimis Ampliſſimiſque, DN. GEORGIO ERMELIO, *Scholæ Regio-Electoralis Grimmenſis Rectori celeberrimo, præceptori quondam ſuo, ut fideliſſimo, ita cariſſimo*; DN. JONÆ GELENIO, *Scholæ* Dreſdenſis *primariæ Rectori graviſſimo*; DN. JO. BALTHAS. ELENDIO, *Scholæ* Palæo-Hanoveranæ *Rectori meritiſſimo*; *&* DN. GODOFR. BERGNERO, *Scholæ Senatoriæ* Palæo-Magdeburgicæ *Rectori dexterrimo, fautoribus atque amicis ſuis Honoratiſſimis Æſtumatiſſimiſque*,

LEXICON HOC MANUALE GRÆCUM

D. D. Q.

M. BENJAM. HEDERICUS.

PRæter opinionem Veſtram accidere, VIRI NOBILISSIMI, quod celeberrima nomina Veſtra libro huic qualicumque præfigere ſuſtinuerim, nullus equidem dubito; at quarum tamen rationum vel alterutra dumtaxat facile me adducere potuit, ut citra veniam etiam Veſtram ſumerem hoc mihi, eas ſane utraſque id habituras apud Vos momenti confido, ut ne ſequius accipiatis, quod cum pietati officioque ſatisfacturus quadamtenus, tum rationibus etiam conſulturus meis ſum auſus. Jam diu nimirum eſt, quod partim meritis in me Veſtris, partim amicitia, qua me dignati eſtis huc uſque, Vobis obſtrictum me ſentio, &, quum gratum deditumque animum, ut quidem exopto, teſtari planius non poſſum, ingrati hominis notam vel eo ſubterfugere ſtudui, quod debitorum me Veſtrum publice profiteor. Tua certe, ERMELI HONORATISSIME, inſtitutione ſolidiſſima perinde, atque dexterrima, per quatuor, & quod excurrit, annos mihi quondam contigit frui, atque adeo potiſſimum a Te addiſcere ea, quæ officii nunc, quo fungor, ratio a me requirit. Tu, GELENI ÆSTUMATISSIME, propenſioris benevolentiæ ſignum mihi dediſti haud unum, atque pro Tuo candore exceptum me ſemel Tibi devinxiſti in perpetuum. Tuam, ELENDI PRÆSTANTISSIME, faciem non novi, animum ex literis ad me Tuis perſpexi ſæpius, talemque deprehendi, ut Te fautorem amicumque obtigiſſe mihi, non poſſim non gaudere ſummopere. Contra Tu, HUMANISSIME BERGNERE, me non noveras, quando jam rationem mei habebas enixius, quumque benignior ſors vellet, ut Bergenſis apud Vos Scholæ moderatio demandaretur mihi, Te ſimul nanciſcebar, cujus exemplum non minus, quam conſilia, in obeundis partibus meis ſequi rectiſſime poteram. Quemadmodum vero ea hæc ſunt, VIRI AMPLISSIMI, quæ haud ægre totum me reddere Veſtrum, nedum ad omne gratiarum genus obligare Vobis potuerunt: ita, quum Lexicon hoc meum, quod in præſentia luci committo publicæ, nativo ſuo ſplendore deſtitutum, omnino adſcititio indigeat, aliunde illum certius ſecuriuſque arceſſere me non poſſe credidi, quam a clariſſimorum nominum Veſtrorum præfatione. Equidem non licet mihi per modeſtiam Veſtram digredi in laudes, quas dudum peperiſtis Vobis, vetorque adeo merita quoque enarrare fuſius, quibus utramque in primis Saxoniam obſtrinxiſtis Vobis; attamen, quæ ſumma veriſſimaque laus Veſtra eſt, teſtantur eadem præclare plane, qui magno jam numero ex diſciplina Veſtra prodierunt, atque opera conſiliiſque ſuis Aulas non minus & Curias, quam Eccleſiam Scholaſque ſuſtinent paſſim atque ornant egregie. Interpretamini igitur benigne, VIRI NOBILISSIMI, quod tam honeſtis rationibus adductus feci, atque favorem, quem ad hunc diem in me declaraviſtis, in poſterum etiam mihi benevole conſervate. Ego vero Deum immortalem numquam non venerabor ſupplex, ut conſilia laboreſque Veſtros etiam deinceps fortunet, ſoſpiteſque Vos & in Scholarum, quibus tanta cum laude præeſtis, emolumentum certiſſimum, ſalvos quam diutiſſime ac rebus omnibus florentes clementiſſime præſtet!

Dabam Megalo-Heynæ, d. 12.
Auguſti, A. CIↃ IↃCCXXII.

PRÆFATIO

PRÆFATIO.

ALterum hoc Lexicon eſt, *Lector benevole*, quo juventuti bonarum artium ſtudioſæ commodare ſategi. Græcum, ut vides, illud eſt, &, velut priori diſciplinas atque veterum Scriptorum monumenta, quæ Scholas fere occupatas habent, dilucidare pro viribus ſum anniſus: ita hoc, quod jam exhibeo, literas in primis Græcas adjuvare ſtudui. Neque vero operam hanc, ut quidem confido, præter rem neceſſitatemque ſuſcepiſſe jure exiſtimari potero. Etenim, quæ Linguæ Græcæ cum præſtantia ſit, tum utilitas pariter atque ad omne propemodum ſtudiorum genus neceſſitas, ab aliis jam oſtenſum eſt pluribus, &, quam adeo Lexicon, quo illa contineatur, ſatis idoneum Scholis adhuc deſit, experiuntur idemtidem, quibus hanc eruditionis partem tradere juventuti incumbit. Quotquot enim hujus generis libri exſtant, vel mole ſua uſum ſufflaminant ſui, vel jejunitate, qua laborant, ſæpius deſtituunt paullo ſerius literis Græcis operaturos, vel ordinis etiam implicatione linguæ adhuc minus gnaros plus juſto fatigant, efficiuntque haud raro, ut tot illi tantiſque difficultatibus præpediti non ſine indignatione ac tædio in hoc ſtudiorum genere verſentur.

Singulas igitur illas, quantum quidem fieri potuit, amoliturus ante omnia, librum in tres Partes diſpeſcui, Hermeneuticam ſcilicet, Analyticam, atque Syntheticam, primaque adeo illa, quæ ad intelligendos omnis generis ſcriptores, quos antiquiora quidem tempora dedere, facere debet, eam Vocabulorum copiam concludere allaboravi, quam ad negotium hoc, amplum licet ac vaſtum ſatis, ſuffecturam omnino putavi. Certe, quæ ex ingenti Henrici Stephani Theſauro volumine ſatis etiam grandi Joannes exhibet Scapula, ea tantum non omnia hic etiam ſuppeditavi. Quin immo ipſorum non ſolum numerum, ſed in primis etiam, quas obtinent, ſignificationes ex Suida, Polluce, Suicero, Leighio, Scriptoribuſque ſimilibus aliis non parum hinc inde adauxi. Ac veluti has pro ea, qua differunt, varietate ſuis fere diſtinxi numeris, clarius ita ordinatiuſque, ut ſpero, ſe oblaturas cuique: ſic Voces potiſſimum ipſas ordine, quem vocamus, alphabetico diſponere viſum eſt. Equidem virtutes naturalis illius, quo Voces derivatæ primigeniis, compoſitæ ſimplicibus ſubjiciuntur, non ignoro, neque me præterit etiam, quantopere eum in Stephano aliiſque dilaudent bene multi; ſed non æque tamen intricatus hic alter eſt, longeque omnino facilius linguæ nondum ſatis peritis Vocabula, quæ inquirunt ipſi, ſubgerit. Et, ſi omnino ad indagandam genuinam Vocis poteſtatem momenti maximi eſt, noſſe originem ejuſdem, ſingulis etiam Vocabulis hanc ſubjeci, ut adeo nec adminiculo iſto, neceſſario certe ad feliciorem cujuſvis Scriptoris interpretationem, deſtitutos Lexico hoc uſuros conqueri poſſint, qui ordinis naturalis laudem id atque virtutem ferme præcipuam habere ſolent.

Veluti autem hæc primæ Lexici hujus Partis ratio eſt; ita altera illa, cui Analyticæ, ut dixi, nomen feci, ea Vocabula grammatice, quomodo loqui conſuevimus, reſoluta complexus ſum, quæ difficultatibus ſuis, ſive a Dialecto aliqua, ſive aliunde ſubortis ſollicitare tironum patientiam poſſunt. Eſt certe eadem hæc opera, quæ liberalius paullo a Schrevelio juventuti navata, ipſum tam acceptum huic reddidit, ut unus fere ex ſui ordinis Lexicographis in Scholis huc uſque locum vindicaverit ſibi. Ac tametſi non deſint, qui eamdem ignaviæ potius ſubſidium habeant, quam ut emolumenti quidquam juventuti illam credant adferre, eo quod hæc a penitiori Grammatices ſtudio, ad quod tamen potiſſimum ſolidior linguæ cognitio redit, ea ipſa plerumque avocetur: attamen, qui rectius juſtiuſque rem expendunt, ſatius utique exiſtimant, velificari non nihil diſcentium a labore moleſtiore averſioni, quam quidem committere, ut miſeri ſuccumbant inſcitiæ ſuæ, vel etiam, quod ſæpius uſu in Scholis evenire videmus, difficultatibus his abſterriti linguæ pulcherrimæ ſtudium plane abjiciant. Ne igitur habeant, quod & ipſi ſuo quaſi jure deſiderare poſſint, etiam hac in re illis deeſſe nolui. Quin potius non ſolum Vocabula prope omnia, quæ Schrevelius ex appendice Scapulæ Lexico ubnexa, Paſoris in Heſiodum Indice, aliiſque hujus commatis operibus attulit, in Parem hanc alteram conjeci: ſed ea quoque ex Jo. Vorſtii Veterum Poëtarum Græcorum Poëmatis, Celeberrimi item Viri, Dn. Jo. Davidis Schreberi, Hortulo Græco ex omnibus Plutarchi Operibus adornato, & Clariſſimi Dn. Hieronymi Freyeri Faſciculo Poëmatum Græcorum, libellis vere aureis atque ad perdiſcendam Græcam linguam accommolatiſſimis, paſſim locupletavi. Attamen, ne nimis etiam indulſiſſe diſcentium inertiæ videri poſſim, ſatis habui, digitum in cibum hunc intendere, præmanſum vero ipſum atque tantillum laboris recuſantibus, ut eumdem ſumere ipſi dedignentur, inſerere in ora utique ſuperſedi.

Tertia libri Pars, quæ Syntheticæ titulum præfert, iis deſtinata eſt, quibus Latina ſermone Græco, eoque proſaico, reddere collibet, adjutuſque a Scriptoribus laudatiſſimis, Benzio, Poſſelio, Devario, Scheidio, aliis, hic quoque eum Vocum Formularumque loquendi apparatum, ſuis fere ubique auctoritatibus munitum, ſubgeſſi; qui, niſi me omnia allunt, ad inſtitutum hoc, quantum quidem in Scholis illud exigi, vel certe uſui hodie eſſe ſolet, abunde ſuppeditabit. Et, ſi omnino contingat, ut quædam adhuc deſideres, ea tamen forſitan hæc erunt, quæ omiſſa facile pati, vel iis etiam, quæ allata ſunt, compenſare non incommode poteris. Ita quippe ſæpius Nomina illa a Verbis deducta, qualia ſunt *Accumulator*, *Admodulator*, *Adoptator*, item *Accumulatrix*, *Admodulatrix*, & ſimilia, perinde qualia *Accumulatio*, *Admodulatio*, *Adoptatio*, & quæ ſunt hujus generis alia, fruſtra hic quæſiveris. Præterquam enim, quod magna eorum pars ipſa civitate Latina deficitur, adeoque ſola formationis innititur Analogia, certe, ſi Græce eadem reddenda ſunt, alia fere per Participia, alia per Infinitivos Verborum, a quibus deſcendunt, tuto enunciari poſſunt. Ita videlicet *Accumulatorem*, vel ipſius Demoſthenis exemplo, rectius ἐπισωρεύοντα, *Admodulatricem* προσᾴδουσαν, & *Accumulationem*, qua ipſum in primis accumulandi actum ſignificat, τὸ ἐπισωρεύειν interpretaberis, quam ut Nomina vel plane nova confingas, vel ſua etiam carentia auctoritate uſurpes. Quumque adeo hæc talia a Verbis allatis, ſiquidem ipſis opus ſit, nec ſuo iſta loco reperiantur, formare perquam ſit facile, operæ chartæque tanto juſtius eorum me omiſſione pepercisſe arbitror, quo magis Lexicon hoc manus jam implet, nomenque ſuum pæne excedit. Nec alia quoque cauſſa fuit, cur Nomina etiam, quæ propria Grammatici vocant, omiſerim, utpote quæ ipſa quoque facile Græce efferri poſſunt, dummodo ex Grammatica conſtet, quæ literarum utriuſque linguæ natura ſit atque cognatio. At vero, quod in Prima præcipue Parte nec Auctores addiderim Vocibus, nec locutionum etiam, quas hæ ex ſe progignunt, ſubjecerim exempla, forſitan mirabuntur, qui ex his propemodum ſolis Lexici perfectionem æſtimare ſolent. Sed & his adferendis locus plane defuit. Nec vero etiam video, ſi vel maxime ipſe ſuppetiviſſet, ecquis eorum in Lexico hermeneutico ſit uſus. Sua enim Scriptori cuivis interpretando auctoritas ſufficit, &, qui ex Vocum ſignificationibus tam diſtincte copioſeque ſubminiſtratis ſenſum effati alicujus Græci indagare nequit, eum vel plane a Grammatica non inſtructum, vel rei, quam continet illud, prorſus ignarum eſſe oportet. Secus ſtatuendum eſſe de Lexico ſynthetico facile largior, quum Græce ſcripturus utique non ſolum de Vocis, qua uſurus eſt, probitate, ſed & de Conſtructionis, qua gaudet eadem, ratione certus eſſe debeat. Quare id etiam mihi quam maxime commendatum habui, ut ne facile in Tertia hujus libri Parte Vox aliqua ſine auctore ſuo compareat, vel Conſtructionis etiam exemplum non habeat adjunctum. Quod ſi tamen vel hic etiam alterutrum, immo utrumque deeſſe nonnumquam deprehendas, auctorem quidem Vocis idoneum me fugiſſe non infitior, licet de bonitate ejus Lexicographorum ſaltem præſtantiſſimorum auctoritas dubitare me non ſiverit, Conſtructionis vero modus ideo a me neglectus eſt, quod Regulas ille notiſſimas atque adeo Græcæ etiam Linguæ cum Latina communes ſequatur.

Atque hæc fere ea ſunt, *Lector benevole*, quæ Te ſcire, e re Tua, immo & mea eſſe exiſtimavi. Tute labori etiam huic meo, ſi merebitur, fave: ſin minus, eum ante ne damna, quam cogitaveris, contingere haud raro, ut Tuo arbitrio ſtare non poſſis. Vale!

LECTORI ſalutem SAM. PATRICK.

De operis ſui natura et uſu auctor jam ſatis, ut opinor, dixit; quæ autem a me præſtita fuerint, paucis accipe. Cum multi typographorum errores in priorem irrepſiſſent editionem, id mihi in primis curæ fuit, ut quam emendatiſſime hæc excuderetur. Quandoquidem autem auctor in tres partes librum ſuum diviſerit, in harum prima multas locutiones Græcas, quibus ineſſe aliqua difficultas videretur, non ſolum adjeci, ſed, quanta licuit brevitate, etiam explicui. Præterea Verborum conſtructionem, eorum ſaltem quæ frequentiori ſunt in uſu, optimorum ſcriptorum teſtimoniis confirmavi, ipſis auctorum locis, poetarum præcipue, quantum ratio operis ſinebat, indicatis. Et quamvis auſim affirmare hunc librum antea tum copia verborum, tum accurata eorum interpretatione, longe omnes alios ejuſdem molis præſtitiſſe, ſeptingenta tamen nova ad minimum addidi, quorum pleraque vix in aliis lexicis occurrunt. Horum autem maximam partem Longinus, Ariſtophanes, Lucianus, et Marcus Antoninus; nonnulla vero Sophocles, Euripides, Lycophron, et alii ſuppeditavere. Secundam partem plurimis vocibus cum apud Schrevelium, tum apud noſtrum, omiſſis, ex Homero præcipue locupletavi. Denique, in tertia parte, cum hoc omnibus aliis lexicis adhuc in lucem emiſſis, non verborum tantum, ſed et locutionum copia antecellat, pauca admodum, nonnulla tamen, quæ mihi inſigniora viſa ſunt, adjeci. Quanquam autem additiones ſupra memoratæ, ut forma libri mutaretur, neceſſarium fecerint, *Manualis* tamen retinui titulum; ne novo nomine novum opus edendi laudem potius affectaſſe, quam ſuam auctori conſervandi propoſitum habuiſſe viderer. Vale.

Londini 7. *Id. Dec.* MDCCXXVI.

Expoſitio Notarum, quæ in prima Lexici hujus parte inter alias occurrunt.

Gl. V. i. e. Gloſſaria Veterum a Labbeo edita.
Ph. i. e. Philoxenus, Gloſſographorum facile princeps.
Lex Gr. i. e. Lexicographi Græci, Heſychius, Suidas, auctor Etymologici magni, Varinus Phavorinus.

Heſ. i. e. Heſychius, Alexandrinus.
Suid. i. e. Suidas.
Etym. i. e. Etymologicum magnum.
R. i. e. Gulielmus Robertſonus, Anglus.
Suic. i. e. Jo. Caſp. Suicerus, Tigurinus.

Atque hos Lexicographos ad eas voces allegare placuit, de quarum auctoritate aliunde, quam ex ipſis, non conſtat, quum e contrario Philoxenus & Gloſſaria Veterum eo laudentur nomine, quod multas eaſque aptiſſimas vocum ſignificationes ſuppeditant, quæ alibi non facile ſunt obvia.

Lexici Manualis Græci

PARS PRIMA.

EAQUE

HERMENEUTICA,

Vocum Græcarum ordine alphabetico ſe excipientium interpretationem Latinam, flexionem item, originationem, & hujus generis alia exhibens.

A, vel α, prima littera Alphabeti Græci, quæ Ἄλφα dicitur, & nomen indepta eſt ab Hebræorum Aleph; (2) nota numeralis ſignificans *unum*, & cum lineola inferne poſita ͵α *mille*; (3) in Apocalypſi Joan. 1, 8. eum notat, qui omni principio prior atque antiquior eſt.

Α, in compoſitione eſt (1) ϛερητικὸν, *privativum*, ut ἀβέβαιος, inſtabilis, infirmus, ex α & βέβαιος, ſtabilis, firmus. ἀφυὴς, bardus, ſine ingenio, ex α & φυὴ, indoles, ingenium, natura. ἄβαλος, invius, inacceſſus, impervius, ex α & βατὸς, pervius, acceſſibilis. ἀμαθὴς, indoctus, ex α & μανθάνω, diſco. (2) ἐπιτατικὸν, *intenſivum*, ut ἄξυλος, lignoſus, plenus ligni, ex α & ξύλον, lignum. ἀχανὴς, vaſtus, in immenſum hians ſive patens, ex α & χαίνειν, hiare. (3) Aliquando ſignificat ἅμα ſive ὁμȣ͂, *ſimul*, *conjunctionem*, ut ἀδελφὸς, frater, ex α & δελφὺς, uterus, quia fratres ſunt ex eodem utero *uterini*; ſed Latinum minus late patet. ἄκοιτις, conjux, ex α & κοίτη, cubile. ἄλοχος, conjux, ex α & λέχος, cubile. (4) πλεοναϛικὸν, *abundans*, *ſupervacaneum*, ut ἄϛαχυς, ſpica, ex α & ϛάχυς, ſpica. ἀϛαφὶς, uva paſſa, ex α & ϛαφὶς, uva paſſa. ἀϛεροπὴ, fulgur, ex α & ϛεροπὴ, fulgur. ἀάχετος, intolerabilis, ex α & ἄχετος, intolerabilis.

Α, Ah! ἆ, ἆ, Ah! ah! Vox admirantis, lamentantis. Ἇ, ἇ, vel ἇ, ἇ, Ha, ha, ridentis.

Α, Ah! O! Oh! Ἆ, ἆ, Ah! ah! Oh! oh! Vox miſerantis, admirantis.

Ἀάατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valde noxius; (2) innoxius. Ex α int. vel priv. & ἄατος, *innoxius*.

Ἀαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, fractu difficilis, robuſtus, non fractus, firmus. Ex α priv. & ἄγω *frango*.

Ἀαδέω, ἀαδεῖν, turbare, moleſtare. (2) injuria affici, lædi. (3) inopia laborare; cibo abſtinere. Heſ. Suid. Occurrit ἀάδειν, a. 2. Ex α int. & ἀδέω, *tædio afficior*. Vel ab ἀηδεῖν. Ex α priv. & ἡδὺς, *jucundus*.

ἈΑ´ΖΩ, f. άσω, calidum halitum efflo, exhalo.

Ἀάθικτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incorruptibilis, damno non obnoxius. Ex α pleon. & ἄθικτος, *intactus*.

ἈΑ´ΜΙΝΣ, θος, ἡ, inſtrumentum quoddam aucupatorium, venabulum.

Ἀανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui perfici nequit. Ex α priv. & ἀνύω, *perficio*.

Ἀάομαι, lædo. hinc ἀᾶται, lædit.

Ἄαπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non tangendus, intactus, Gl. V. (2) inacceſſus; (3) quem nemo lædere poteſt, illæſus. Ex α priv. & ἅπτω, *tango*, vel ἰάπτω, *noceo*.

Ἀαρὼν, ὁ, Aaron. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *Montanus*.

Ἀάσκω, f. άσω, lædo, noceo, adficio damno. Ex α pleon. & ἀτάω, *noceo*.

Ἀασμὸς, ȣ͂, ὁ, halitus calidi efflatio, exhalatio. Ab ἀάζω, *halo*.

Ἀάχετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui retineri nequit; (2) nemini cedens; (3) intolerandus; (4) inſuperabilis. Ex α pleon. & ἄχετος, *qui retineri non poteſt*.

Ἄατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, innoxius: (2) valde noxius; (3) inſatiabilis. Ex α priv. vel int. & ἄτη, *noxa*, *damnum*.

Ἀάτω, f. άσω, noceo, lædo. Ex α pl. & ἄτω, *noceo*.

Ἀβαδδὼν, perditio, vaſtatio. Nomen Hebræum indeclinabile.

Ἄβαζος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, mutus, qui privatus eſt facultate loquendi; (2) taciturnus, quietus. Ex α priv. & βάζω, *loquor*.

Ἀβαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, profunditate carens. Ex α priv. & βάθος, *profunditas*.

Ἄβαιον, parvum, exiguum. Ex α. pleon. & βαιὸν, *parvum*.

Ἀβακέω, f. ήσω, ſileo, ſc. ob ignorantiam; (2) ignoro, neſcio. Ex α priv. & βάζω, *loquor*.

Ἀβακέως, *Adv.* placide, quiete. Ab ἀβακής.

Ἀβακήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mutus; (2) ſtultus. Ab ἀβακέω.

Ἀβακὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, taciturnus, mutus; (2) quietus, placidus. Ex α priv. & βάζω, *loquor*.

Ἀβακίζω, f. ίσω, taceo; (2) quietus ſum. Ab ἀβακής.

Ἀβάκιον, ȣ, τὸ, abaculus, tabula, cui vaſa quælibet imponuntur; (2) menſa, ſ. tabula calculatoria; (3) tabula mathematica, in qua lineæ & figuræ deſcribi ſolent; (4) vas, in quo feruntur opſonia. Dim. ab ἄβαξ.

Ἀβακίσκος, ȣ, ὁ, teſſella pavimenti. Ab eod.

Ἀβάκχευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, Bacchanalium expers. Ab α priv. & βακχεύω, *bacchor*.

ἈΒΑ´ΛΕ, *Adv.* utinam; (2) heu. phy!

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus; (2) tabula mathematica, in qua lineæ atque figuræ deſcribi ſolent; (3) tabula calculatoria; (4) tabula aleatoria; (5) tabula, ſ. menſa, cui vaſa imponuntur. Gl. V. Abacus, armarium.

Ἄβαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, mutus. Ex α priv. & βάζω, *loquor*.

Ἀβάπλιϛον, ȣ, τὸ, terebella, inſtrumentum Medicorum. Ex α priv. & βαπτίζω, *immergo*.

Ἀβάπτιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, immerſabilis, qui mergi non poteſt; (2) non baptizatus. Ex iiſd.

Ἄβαπτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, intinctus; (2) cujus acies durata non eſt. Ex α priv. & βάπτω, *tingo*.

Ἄ´ΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus.

Ἀβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, non oneroſus, non moleſtus, non turbulentus. Ex α priv. & βάρος, *onus*.

Ἄβαρις, εως, ἡ, continentis habitator. Ex α priv. & βάρις, *navis*, adeoque proprie, cui non eſt navis.

Ἀβασάνιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inexploratus, non examinatus; (2) expers doloris, qui nullis doloribus cruciatur. Ex α priv. & βασανίζω, *exploro*, *torqueo*.

Ἀβασανίϛως, *Adv.* temere, re non examinata. Ab ἀβασάνιϛος.

Ἀβασίλευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rege carens, regi non ſubditus. Ex α priv. & βασιλεύω, *regno*.

Ἀβάσκανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invidia vacuus, non invidens; (2) non mendax, verus. Ex α priv. & βασκαίνω, *faſcino*, *invideo*.

Ἀβάσκαντον, ȣ, τὸ, faſcini amuletum. Ex iiſd.

Ἀβάσκαντος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invidia carens, ab invidia tutus. Gl. V. infaſcinabilis. Ex iiſd.

Ἀβασκάντως, *Adv.* citra invidiam. Gl. V. ſine faſcino, infaſcinate, præfiſcine. Ab ἀβάσκαντος.

Ἀβάϛακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, q. d. importabilis, portatu impoſſibilis. Ex α priv. & βαϛάζω, *porto*.

ἌΒΑΤΟΝ, ȣ, τὸ, adytum. Ab ἄβατος.

Ἄβατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, invius, acceſſu, vel aditu difficilis; (2) ſacer, non adeundus; (3) deſertus, deſolatus. Ex α priv. & βαίνω, *eo*, *gradior*.

Ἀβαλόω, ῶ, f. ώσω, deſertum reddo. Ab ἄβαλος.

Ἄβαφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non tinctus. Ex α priv. & βάπτω, *tingo*.

ἈΒΒΑ͂, pater. Nomen Syr. indeclin.

Ἀβδέλυκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non exſecrabilis. Ex α priv. & βδελυκτὸς, *exſecrabilis*.

Ἀβέβαιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inconſtans, qui facile mutatur, inſtabilis, infirmus. Ex α priv. & βέβαιος, *firmus*.

Ἀβεβαιότης, ητος, ἡ, infirmitas, Gl. V. inſtabilitas. Ab iiſd.

Ἀβεβαίως, *Adv.* inconſtanter. Ab ἀβέβαιος.

Ἀβέβηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non profanus, ſacer, ſacroſanctus, quem non fas eſt adire. Ex α priv. & βέβηλος, *profanus*.

Ἀβὲλ, Abel. Nomen viri Hebræum indeclinabile. *Vanitas*.

Ἀβελτερία, ας, ἡ, ſtultitia, amentia, inſipientia, veſania. Ab ἀβελτερός.

Ἀβελτεροκόκκυξ, γος, ὁ ϗ ἡ, ſtultus; (2) vanus. Ex ἀβέλτερος, & κόκκυξ, *cuculus*.

Ἀβέλτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſtultus, inſipiens, vecors, melius non cognoſcens. Gl. V. ſtolidus. Ex α priv. & βέλτερος, *melior*.

Ἀβελτηρία, ας, ἡ, ſtultitia, vecordia. Gl. V. ruditas, inſipientia. Ab ἀβέλτερος.

Ἀβέρβηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incompoſitus. Heſ. Suid.

Ἀβιὰ, Abia. Nomen viri Hebr. indec. *Pater meus eſt Dominus*.

Ἀβιάθαρ, Abiathar. Nomen viri Hebr. ind. *Pater excellens*.

Ἀβίαϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non coactus, ſine violentia. Hinc τὸ ἀβίαϛον, ȣ, libertas. Ex α priv. & βιάζω, *cogo*.

Ἀβιάστως, *Adv.* ſine violentia, libere, non coacte. Ab ἀβίαστος.

Ἀβιληνὴ, ῆς, ἡ, Abilene. Nomen regionis in Aſia.

Ἄβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui non ſuppetit victus; (2) dives; (3) longævus; (4) inermis; (5) valde robuſtus; (6) non violentus, non injurius. Ex α priv. vel int. & βίος, *vita*, βιὸς, *arcus*, vel βία, *vis*.

Ἀβιοὺδ, Abiud. Nomen viri Hebr. indec. *Pater decoris* ſeu *Decus patris*.

Ἀβίωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non vitalis, ſine vita; (2) malus, injucundus, moleſtus. ἀβίωτον & ἀβίωτα, *pl.* vita non vitalis, deſperata. Ex α priv. & βιωτὸς, *vitalis*.

Ἀβιώτως, *Adv.* cum tædio vitæ. Ab ἀβίωτος.

Ἀβλάβεια, ας, ἡ, incolumitas; (2) innocentia. Ab ἀβλαβής.

Ἀβλαβέως, *Adv.* innoxie. Ab eod.

Ἀβλαβὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, innoxius, innocuus, non nocens; (2) noxæ expers, illæſus. Ex α priv. & βλάπτω, *noceo*.

Ἀβλαβῶς, *Adv.* innoxie, citra noxam, illæſe. Ab ἀβλαβής.

Ἄβλαπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, noxæ expers; (2) innocuus. Ex α priv. & βλάπτω, *noceo*.

Ἀβλαστέω, ῶ, f. ήσω, male germino, non ſuccreſco. Ex α priv. & βλαστέω, ſeu βλαστάνω, *germino*.

Ἀβλαστὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, male germinans, infecundus. Ex iiſd.

Ἄβλαστος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἀβλεμέως, *Adv.* negligenter. Ex α priv. & μέλει, *curæ eſt*, pro ἀμελέως.

Ἀβλεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, deſpectus, vilis, indignus qui videatur. Ex α priv. & βλέπω, *video*.

Ἀβλεπτέω, f. ήσω, non video, conniveo, cæcutio; (2) pecco. Ex iiſd.

Ἀβλέπτημα, ατος, τὸ, peccatum, erratum. Ab ἀβλεπτέω.

Ἀβλεψία, ας, ἡ, cæcitas; (2) inconſiderantia. Ex α priv. & βλέπτω, *video*.

Ἀβλὴς, ῆτος, ὁ ϗ ἡ, nondum jactus. Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, nondum miſſus, nondum jactus; (2) non ictus, non vulneratus, illæſus. Ex iiſd.

Ἄβληχρος, ου, ὁ ϗ ἡ, al. ἀβληχρὸς, ρὰ, ρὸν, debilis, infirmus; (2) fortis. Ex α priv. vel pleon. & βληχρὸς, *debilis*.

Ἀβοηθησία, ας, ἡ, auxilii defectus. Ex α priv. & βοηθέω, *auxilior*.

Ἀβοήθητος, ου, ὁ ϗ ἡ, auxilio deſtitutus; (2) remedio carens, immedicabilis. Ex iiſd.

Ἄβολος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui nondum amiſit dentes ætatis indices. Ex α priv. & βάλλω, *jacio*.

Ἄβοτος, ου, ὁ ϗ ἡ, paſcuis carens, non paſtus. Ex α priv. & βόσκω, *paſco*.

Ἀβουλεὶ, *Adv.* inconſulte, temere. Ex α priv. & βουλὴ, *conſilium*.

Ἀβουλεύτως, *Adv.* inconſulto, abſque deliberatione. Ex α priv. & βουλεύω, *conſulto*.

Ἀβουλέω, f. ήσω, nolo; (2) non conſulto. Ex α priv. & βουλὴ, *conſilium*.

Ἀβουλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, nolens, invitus; (2) inconſultus. Ex α priv. & βούλομαι, volo, vel βουλὴ, *conſilium*.

Ἀβουλησία, ας, ἡ, nolentia. Suic. Ex α priv. & βούλομαι, *volo*.

Ἀβούλητος, ου, ὁ ϗ ἡ, invitus, non voluntarius; (2) quem nolumus, qui nobis invitis accidit. Ex iiſd.

Ἀβουλήτως, *Adv.* involuntarie, præter voluntatem; (2) fortuito. Ab ἀβούλητος.

Ἀβουλία, ας, ἡ, conſilii inopia; (2) temeritas, imprudentia; (3) amentia, ſtultitia; (4) conſilii pravitas. Ex α priv. & βουλὴ, *conſilium*.

Ἄβουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, conſilii expers; (2) ſtultus. Gl. V. incogitans, inconſultus. Ex α & βουλὴ, *conſilium*.

Ἀβουλότατα, *Adv.* Inconſultiſſime, inconſideratiſſime, Herodot.

Ἀβούλως, *Adv.* temere, imperite, male, inconſulte, ſine ratione. Ab ἄβουλος.

Ἀβούτης, ου, ὁ, bobus carens. Ex α & βοῦς, *bos*.

ΑΒΡΑ, vel ἅβρα, ας, ἡ, ancilla honeſtior, pediſſequa.

Ἀβραὰμ, Abraham. Nomen viri Hebr. indec. *Pater excelſus* vel *Pater multitudinis*.

Ἄβρεκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non madefactus. Ex α priv. & βρέχω, *madefacio*.

Ἀβρίζομαι, delicato cultu utor, delicate me orno. Ab ἁβρός.

Ἀβρίζω, f. ίξω, mox a cibo dormito; (2) dormito. Ex α int. & βρίζω, *dormito*.

Ἀβριθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſine pondere, levis. Ex α priv. & βρίθω, *ſum gravis*.

Ἄβρικτος, ου, ὁ ϗ ἡ, inſomnis, vigil; (2) ſurdaſter, ex parte tantum audiens. Ab ἀβρίζω.

Ἁβροβάτης, ου, ὁ, molli inceſſu utens. Ex ἁβρὸς, & βαίνω, *eo*, *incedo*.

Ἁβρόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui mollioris vitæ eſt, delicatus. Ex ἁβρὸς, & βίος, *vita*.

Ἁβρογόος, ου, ὁ ϗ ἡ, molles gemitus edens. Ex ἁβρὸς, & γόος, *luctus*, *gemitus*.

Ἁβροδιαιτάομαι, ῶμαι, vitam mollem & delicatam ago. Ex ἁβρὸς, & δίαιτα, *vivendi ratio*.

Ἁβροδίαιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, molliter & delicate vivens. Gl. V. ἁβροδίαιτον, delicatum. Ex ἁβρὸς, & δίαιτα, *vitæ ratio*.

Ἁβροείμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, delicate veſtitus. Ex ἁβρὸς, & εἷμα, *veſtis*.

Ἁβρόκαρπος, ου, ὁ ϗ ἡ, molles & delicatos fructus ferens. Ex ἁβρὸς, & καρπὸς, *fructus*.

Ἁβροκομάω, f. ήσω, capillos orno; (2) molli coma ſum, (3) delicioſus ſum. Ex ἁβρὸς, & κόμη, *coma*.

Ἁβροκόμης, Dor. ἁβροκόμας, ου, ὁ, qui molli & delicata coma eſt. Ex iiſd.

Ἁβρόκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. Suic.

Ἀβρομία, ας, ἡ, tenebræ. Ab ἄβρομος, quia tenebræ ſtrepitu carent.

Ἀβρόμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, abſtinens a vino, abſtemius. Ex α priv. & βρόμιος, *Bacchus*, *vinum*.

Ἄβρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſtrepitum magnum edens, tumultuoſus. Ex α int. & βρόμος, *ſtrepitus*.

Ἁβρόπηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, molli & ſubtili ſtamine contextus. Ex ἁβρὸς, & πηνὸς, *tela*.

Ἁβρόπλουτος, ου, ὁ ϗ ἡ, molli & opulento ornatu condecoratus. Ex ἁβρὸς, & πλοῦτος, *divitiæ*.

Ἁβρὸς, ὰ, ὸν, mollis, delicatus; (2) lautus; (3) feſtivus; (4) gravitatem præ ſe ferens.

Ἁβροσταγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mollitie diffluens. Ex ἁβρὸς, & στάζω, *ſtillo*.

Ἁβροσύνη, ης, ἡ, mollities, deliciæ, luxus; (2) ſplendor, nitor. Ab ἁβρός.

Ἀβροτάζω, f. άσω, noctu vagor; (2) aberro. Ab ἀβρότη, *nox*.

Ἀβροτέω, nocte occurro, pecco. Ab eod.

ἈΒΡΌΤΗ, ης, ἡ, nox. Quaſi ex α priv. & βροτὸς, *homo*, quia noctu homines latent & nox illis qs. caret.

Ἀβροτήμων, ονος, ὁ, peccator. Ab ἀβροτέω.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities. Ab ἁβρός.

Ἀβροτίνινος, ίνη, ινον, confectus ex abrotono. Ab ἀβρότονον.

Ἀβροτονίτης, ου, ὁ, ut ἀβροτονίτης οἶνος, vinum abrotonites. Ab eodem.

ἈΒΡΌΤΟΝΟΝ, ου, τὸ, abrotonum, genus herbæ perpetuo virentis.

Ἄβροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, immortalis. Ex α priv. & βροτὸς, *mortalis*.

Ἁβροχαίτης, ου, ὁ, qui tenera & molli coma eſt. Ex ἁβρὸς, & χαίτη, *coma*.

Ἀβροχία, ας, ἡ, ſiccitas, pluviæ defectus. Ab ἄβροχος.

Ἁβροχίτων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, molli tunica indutus. Ex ἁβρὸς, & χιτὼν, *tunica*.

Ἄβροχος, ου, ὁ ϗ ἡ, immadidus, non madefactus. Ex α priv. & βρέχω, *madefacio*.

ἌΒΡΥΝΑ, vel ἄβρυνα, ων, τὰ, mora.

Ἁβρύνω, ἁβρύνομαι, ornor, deliciis indulgeo, niteſco, cultum mihi comparo, glorior, inſoleſco. Ab ἁβρός.

Ἁβρῶς, *Adv.* molliter, delicate. Ab eod.

Ἄβρωτος, ου, ὁ ϗ ἡ, non voratus, non exeſus; (2) cariem non ſentiens; (3) eſui ineptus. Gl. V. ἄβρωτον, irroſum, ineſum. Ex α priv. & βρώσκω, *voro*, *edo*.

ἈΒΎΡΒΗΛΟΣ, ου, ὁ ϗ ἡ, multus, magnus, ſatietatem adferens; (2) impudens, inviſus. Heſ. Suid.

Ἄβυσσος, ου, ἡ, abyſſus, infinitæ profunditatis vorago; (2) gehenna, infernus; (3) adfluentia rerum. Ex α priv. & βυσσὸς, Ion. pro βυθὸς, *gurges profundus*.

Ἄγαβος, ου, ὁ, Agabus. Nomen viri.

Ἀγάζηλος, ου, ὁ ϗ ἡ, invidus. Ex ἄγαν, & ζῆλος, *æmulatio*.

Ἀγάζομαι, admiror, ſuſpicio; (2) veneror; (3) indignor, ſuccenſeo; (4) invideo. Ἀγάζομαί σου τὸ φρόνημα, σὲ τοῦ φρονήματος, ἀνδρὸς ἀρετῆς, ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Ab ἀγάω.

Ἀγαθαρχία, ας, ἡ, boni principium. Ex ἀγαθὸς, & ἀρχὴ, *principium*.

Ἀγαθεωρέω, ῶ, admirabundus intueor. Ex ἄγαν, & θεωρέω, *contemplor*.

Ἀγαθίζομαι, bona dico. Ab ἀγαθὸς, *bonus*.

Ἀγαθικὸς, ὴ, ὸν, probus; (2) recte & cum virtute factus. Ab eod.

ἈΓΑΘΊΣ, ίδος, ἡ, glomus.

Ἀγαθοδότης, ου, ὁ, bonorum dator. Ex ἀγαθὸς, & δότης, *dator*.

Ἀγαθοεργέω, f. ήσω, benefacio, bene ago. Ex ἀγαθὸς, & ἔργον, *opus*.

Ἀγαθοεργία, ας, ἡ, beneficentia. Ex iiſd.

Ἀγαθοθέλεια, ας, ἡ, bonorum electio ſive voluntas, adfectus eligendi bona. Ex ἀγαθὸς, & θέλω, *volo*.

Ἀγαθοποιέω, f. ήσω, bene recteque ago; (2) beneficio adficio; (3) proſum. Ab ἀγαθοποιός.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, beneficentia, boni efficientia; (2) beneficiorum collatio; (3) benefactum. Ab eodem.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, bonum, vel bona efficiens; (2) munificus, beneficus. Ex ἀγαθὸς, & ποιέω, *facio*.

Ἀγαθοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, bonos decens; (2) benignus. Ex ἀγαθὸς, & πρέπω, *convenio*.

Ἀγαθοπρεπῶς, *Adv.* ut bonum decet; (2) benigne. Ab ἀγαθοπρεπής.

ἈΓΑΘΌΣ, ὴ, ὸν, bonus, probus; (2) fortis, ſtrenuus; (3) prudens; (4) præſtans, excellens; (5) peritus alicujus rei; (6) utilis; (7) fauſtus, ſecundus, felix; (8) lautus, opiparus; (9) benevolus; (10) frugifer; (11) purus. ἀγαθὸν, οῦ, τὸ, bonum, commodum, emolumentum; (12) S. Cœna.

Ἀγαθοσύνη, ης, ἡ, bonitas, Gl. V. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθοτέλεια, ας, ἡ, boni efficientia, boni perfectio. Ab ἀγαθοτελής.

Ἀγαθοτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, boni efficiens; (2) perfecte bonus. Ex ἀγαθὸς & τέλος.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas, benevolentia. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθȣργέω, ῶ, f. ήσω, benefacio. Ab ἀγαθȣργός.

Ἀγαθȣργὴς, beneficus. Ex ἀγαθός, & ἔργον, *opus*.

Ἀγαθȣργία, ας, ἡ, beneficentia; (2) bonum opus. Ab ἀγαθȣργέω.

Ἀγαθȣργικὸς, ὴ, ὸν, beneficus, benignus. Ex iiſdem.

Ἀγαθȣργὸς, ȣ͂, ὁ ϗ ἡ, beneficus, benignus. Ex iiſdem.

Ἀγαθοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, natura, ſeu indole bonus. Ex ἀγαθὸς, & φυὴ, *natura, indoles*.

Ἀγαθοφυΐα, ας, ἡ, bonitas a natura proveniens. Ab ἀγαθοφυής.

Ἀγαθύνω, f. υνῶ, benefacio, bonum efficio; (2) beneficio adficio; (3) exhilaro; & ἀγαθύνομαι, bene adfectus ſum. Ab eod.

Ἀγαθῶς, *Adv.* bene; (2) utiliter; (3) valide. Ab ἀγαθός.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, bonitas; (2) adfectus ad benefaciendum proximo. Ab eod.

Ἀγαῖος, αία, αῖον, admirabilis; (2) invidioſus; Gl. V. invidus. (3) elegans. Ab ἀγάω, *demiror*.

Ἀγαίω, & quod uſitatius, ἀγαίομαι, admiror; (2) obſtupefacio, perterrefacio; (3) ſuccenſeo, indignor; (4) invideo. Ab ἀγάω.

ἈΓΑΊΩΝ, ονος, ὁ, Sol.

Ἀγακλεὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, valde glorioſus, percelebris. Ex ἄγαν, & κλέος, *gloria*.

Ἀγακλειτὸς, ὴ, ὸν, valde celebris, præclarus, inclytus. Ex iiſdem.

Ἀγακλυτὸς, ὴ, ὸν, percelebris, inclytus. Ex ἄγαν, & κλυτὸς, *celebris*.

Ἀγάλακτες, ων, οἱ, collactanei, ſ. qui idem lac ſuxerunt; (2) conſanguinei; (3) æquales, ætate pares; (4) ſimul educati; (5) fratres; (6) ſacrorum gentilitiorum participes. Ex α notante ὁμȣ͂, & γάλα, *lac*.

Ἀγαλακτία, ας, ἡ, lactis penuria; (2) lactis abundantia. Ex α pr. vel intenſ. & γάλα, *lac*.

Ἀγάλακτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, lacte carens. Ex iiſd.

Ἀγαλακτοσύνη, ης, ἡ, cognatio, qs. collactatio. Ex α notante ὁμȣ͂, & γάλα, *lac*.

Ἀγαλλητὸν, ȣ͂, τὸ, quo quis mire delectatur, vel ob quod aliquis in admiratione habetur. Heſ. ab ἀγάλλω.

Ἀγαλλίαμα, τος, τὸ, exſultatio præ gaudio magno. Ph. exultatio. al. Gl. V. jubilum. Ab ἀγαλλιάομαι.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio, lætitia, Gl. V. Ab eod.

Ἀγαλλιάω, ῶ, & frequentius ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, exſulto, geſtio, tripudio. Gl. V. ἀγαλλιῶμαι, jubilo. Ab ἀγάλλω.

ἈΓΆΛΛΟΧΟΝ, ȣ, τὸ, lignum Indicum, odoratum & guſtu adſtringens.

ἈΓΆΛΛΩ, f. αλῶ, orno, inſignio, facio delectabile; & ἀγάλλομαι, glorior, oblecto me aliqua re, gaudeo, geſtio, exſulto. a. 1. ἀγῆλαι, decorare.

Ἄγαλμα, τος, τὸ, ornamentum, oblectamentum; (2) ſimulacrum, ſtatua, imago; (3) omne id, quo quis ſe jactat. Ab ἀγάλλω.

Ἀγαλμάτιον, ȣ, τὸ, ſimulacrum parvum, imaguncula, ſtatua parva. Dim. ab ἄγαλμα.

Ἀγαλματογλύφος, ȣ, ὁ, marmorarius, Ph. ſculptor. Ab ἄγαλμα, & γλύπτω, *ſculpo*.

Ἀγαλματοποιέω, ῶ, f. ήσω, ſtatuas conficio. Ex ἄγαλμα, & ποιέω, *facio*.

Ἀγαλματοποιητικὸς, ὴ, ὸν, conficiens ſtatuas. Hinc ἡ ἀγαλματοποιητικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars ſtatuaria, ſ. conficiendi ſtatuas. Ab ἀγαλματοποιέω.

Ἀγαλματοποιΐα, ας, ἡ, ars conficiendi ſtatuas. Ab ἀγαλματοποιός.

Ἀγαλματοποιὸς, ȣ͂, ὁ ϗ ἡ, ſtatuarum & ſimulacrorum fabricator, ſtatuarius. Gl. V. fictor ſimulacri, ſigillarius. Ex ἄγαλμα, & ποιέω, *facio*.

Ἀγαλματȣργία, ας, ἡ, ars ſtatuaria, ſ. conficiendi ſtatuas & ſimulacra. Ab ἀγαλματȣργός.

Ἀγαλματȣργικὸς, ὴ, ὸν, conficiens ſtatuas, vel pertinens ad confectionem ſtatuarum. Ab ἀγαλματȣργία.

Ἀγαλματȣργὸς, ȣ͂, ὁ ϗ ἡ, ſtatuarius. Ex ἄγαλμα, & ἔργον, *opus*.

Ἀγαλματοφορέομαι, ȣ͂μαι, quaſi ſimulacrum geſtor, in animo circumferor. Ex ἄγαλμα, & φορέω, *fero*.

Ἀγαλματόω, ῶ, f. ώσω, in ſtatuam verto. Ab ἄγαλμα.

Ἄγαμαι, admiror; (2) probo, laudo. a. 1. ἠγάσθην. part. ἀγασθεὶς, admiratus. Ἄγαμαί σε τȣ́τȣ, σȣ͂ τȣ́τȣ, τ̃ ἀρετῆς. Ab ἀγάω.

Ἀγαμένως, *Adv.* mirabiliter, mirifice, cum admiratione. Ab ἄγαμαι, unde particip. eſt ἀγάμενος.

Ἀγάμητος ȣ, ὁ ϗ ἡ, cælebs, nuptiarum expers. Ex α pr. & γαμέω, *nubo*.

Ἀγαμία, ας, ἡ, cælibatus. Ab ἄγαμος.

Ἀγάμιον, ȣ, τὸ, id. & ab eod.

Ἄγαμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cælebs, qui uxorem non duxit, vel quæ non nupſit. Ph. cælebs, innupta; (2) viduus, qui uxore mortua factus eſt cælebs. Ex α pr. & γάμος, *nuptiæ*.

ἌΓΑΝ, *Adverb.* nimis, immodice, nimium, valde, vehementer.

ἈΓΑΝΑΚΤΈΩ, ῶ, f. ήσω, indignor, ſtomachor, ægre fero, conqueror, ſuccenſeo, excandeſco, ringor. Ἀγανακτεῖν τινι, πρός τινα, κατά τινος.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, indignatio, ſtomachatio. Ab ἀγανακτέω.

Ἀγανακτητὸς, ὴ, ὸν, indigne ferendus, querendus. Ab eodem.

Ἀγανακτικὸς, ὴ, ὸν, querulus, qui facile queritur & ægre fert caſus incommodos. Ab eod.

Ἀγανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, mitis, lenis, placidus, comis. Ex α intenſ. & γάνος, *lætitia*.

Ἀγάννιφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valde nivoſus, nivalis. Ex ἄγαν, & νίφομαι, *nivoſus ſum*.

Ἀγανοβλέφαρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, blandos habens oculos. Ex ἀγανὸς, & βλέφαρα, *palpebræ*.

Ἀγανὸς, ὴ, ὸν, mitis, placidus, blandus; (2) deſiderabilis. Ex α intenſ. & γάνος, *lætitia*.

Ἀγανοφροσύνη, ης, ἡ, comitas, manſuetudo, lenitas, jucunditas. Ab ἀγανόφρων.

Ἀγανόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mitis, blandus, manſuetus, placidus. Ex ἀγανὸς, & φρὴν, *mens*.

Ἀγανώπης, ȣ, ὁ, qui blandis eſt oculis. Ex ἀγανὸς, & ὢψ, *oculus, vultus*.

Ἀγανῶπις, ιδος, ἡ, placidum adſpectum habens, blando adſpectu intuens. Ab ἀγανώπης.

Ἀγαπάζω, amo, comiter excipio, amplexor; (2) curo, condo, *de funere*. Ab ἀγαπάω.

ἈΓΑΠΆΩ, f. ήσω, amo, diligo; (2) amice & hilare excipio; (3) oſculor; (4) præfero. (5) contentus ſum, adquieſco, probo. ἀγάπησον, dilige, Ph. a. 1. act. ἀγαπηθεὶς, dilectus, Ph. a. 1. part. paſſ. ἠγαπημένος, dilectus. Ph. dilectiſſimus, perf. part. paſſ. Ἀγαπᾷν τὰ χρήματα, τὶ ἀντὶ ſ. πρὸ ἐκείνȣ, μᾶλλον ἤ, præferre; τοῖς παρȣ͂σι, ſorte contentus.

Ἀγάπη, ης, ἡ, amor, dilectio, caritas; (2) oſculum. ἀγάπαι, convivia Chriſtianorum ſacra. Ab ἀγαπάω.

Ἀγάπημα, τος, τὸ, dilectio; (2) res, ſ. perſona, quæ amatur. Ab eod.

Ἀγαπήνωρ, ορος, ὁ, fortitudinis, vel virorum amans. Ex ἀγαπάω, & ἀνὴρ, *vir*.

Ἀγάπησις, εως, ἡ, dilectio. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπησμὸς, ȣ͂, ὁ, dilectio. Ab eod.

Ἀγαπητέον, ſc. ἐϛὶ, adquieſcendum eſt, contentum eſſe oportet. Ab eod.

Ἀγαπητέος, έα, έον, amandus. Ab eod.

Ἀγαπητικὸς, ὴ, ὸν, vim diligendi habens. Ab ἀγαπητός.

Ἀγαπητικῶς, *Adverb.* amanter, benevole. Ab ἀγαπητικός.

Ἀγαπητὸς, ὴ, ὸν, dilectus, carus, amabilis; (2) unicus, ſ. unigenitus; (3) vir cum diaconiſſa habitans, ut ἀγαπητὴ, virgo habitans cum monachis cælibatum profeſſis; (4) ἀγαπητόν ἐϛι, boni conſulendum eſt, non reſpuendum eſt. Ab ἀγαπάω.

Ἀγαπητῶς, *Adv.* grate, amabiliter; (2) cupide, libenter; (3) ſatis, ſufficienter. Ab ἀγαπητός.

Ἀγαπωμένη, ης, ἡ, amaſia, amica. Ab ἀγαπώμενος.

Ἀγαπώμενος, ȣ, ὁ, amaſius, amicus. Ab ἀγαπάω.

Ἄγαρ, ἡ, Agar. Nomen ſervæ Hebr. indeclinabile. *Peregrina, ſive Timida*.

ἈΓΑΡΙΚΌΝ, ȣ͂, τὸ, agaricum. Nomen fungi arboris.

Ἀγάῤῥοος, *contr.* ἀγάῤῥȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, celeriter fluens, æſtuoſus. Ex ἄγαν, & ῥέω, *fluo*.

Ἀγάσιος, ȣ, ὁ, inclitus, celebris. Ab ἄγαμαι, *demiror*,

Ἄγασμα, τος, τὸ, veneratio; (2) res veneratione digna. Ab eod.

Ἀγάϛονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, multum gemens, valde ſuſpirans; (2) luctuoſus. Ex ἄγαν, & ϛόνος, *ſuſpirium*.

Ἀγαϛὸς, ὴ, ὸν, admirandus; (2) ſtuporem adferens. Ab ἄγαμαι, *admiror*.

Ἀγάϛωρ, ορος, ὁ, frater uterinus; (2) gemellus; (3) conſanguineus. Ex α notante ὁμȣ͂, & γαϛὴρ, *venter*.

ἈΓΑΣΥΛΛΙΣ, ιδος, ἡ, frutex, unde liquor Ammoniacus elicitur.

Ἀγαύομαι, admiror. Ab ἀγάω.

Ἀγαυὸς, ὴ, ὸν, admirabilis, præclarus, nobilis; (2) ſuperbus, arrogans. Ab eod.

Ἀγαυρίαμα, ατος, τὸ, elevatio animi. Ab ἀγαυριάω.

Ἀγαυριάω, ῶ, valde inſoleſco. A ſeq.

Ἀγαυρὸς, ρὰ, ρὸν, ſuperbus, inſolens, ferox; (2) elegans; (3) inops, (4) delicatus. Ex α intenſ. & γαῦρος, *ſuperbus*.

Ἀγάφθεγκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valde ſonans. Ex ἄγαν, & φθέγγομαι, *ſono*.

ἈΓΆΩ, ῶ, & ἀόμαι, ῶμαι, *uſitatius*, demiror, ſtupeo; (2) invideo; (3) odi. Ἀγάασθαί τινος τὴν πρόνοιαν.

Ἄγγαρα, ων, τὰ, manſiones, ſ. ſtationes, in quas οἱ ἄγγαροι, peracto diei penſo, divertebant. Ab ἄγγαρος.

Ἀγγαρεία, ας, ἡ, ſervitus coacta & invita. Ph. prenſatio. Ab ἀγγαρεύω.

Ἀγγαρεῖον, ȣ, τὸ, curſus angarorum. Ab eod.

Ἀγγαρευτὴς, ȣ͂, ὁ, qui alium cogit ad curſum, aut aliud ſervitium præſtandum. Ab eod.

Ἀγγαρεύω, f. σω, angario, cogo ad currendum, vel aliquid ferendum; (2) adigo, impello. Ab ἄγγαρος.

ἈΓΓΑΡΟΣ, ȣ, ὁ, nuncius, vel tabellarius regum Perſarum, qui in ſtatione ſua poſitus litteras ab altero angaro acceptas alteri tradebat, ut ita celerius perferrentur; (2) quivis, qui aliquid bajulat, vel perfert, ſervus, miniſter, operarius.

Ἀγγαροφορέω, ῶ, f. ήσω, bajulo velut ἄγγαρος. Ex ἄγγαρος, & φορέω *fero*.

Ἀγγείδιον, ȣ, τὸ, vaſculum. Dim. Ab ἀγγεῖον.

Ἀγγειολογέω, ῶ, venas lego. Ex ἀγγεῖον, *vena*, & λέγω, *lego*.

Ἀγγειολογία, ας, ἡ, ipſe actus venas legendi. A præc.

Ἀγγεῖον, ȣ, τὸ, vas liquoris capax, receptaculum; (2) vena. Ab ἄγγος.

Ἀγγειόσπερμος & ἀγγειοσπέρματος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vaſculo, ſive vaſculis ſemen incluſum habens.

habens. Ex ἀγγεῖον, & σπέρμα, *ſemen.*

Ἀγγειώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, vaſis formam, vel capacitatem habens. Ab eod.

Ἀγγελία, ας, ἡ, nuncium, denunciatio; (2) mandatum a nuncio perlatum; (3) rumor, relatio. Ab ἀγγέλλω, *nuncio.*

Ἀγγελίας, ȣ, ὁ, nuncius. Ab eod.

Ἀγγελιαφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nuncius, tabellarius, Gl. V. famiger. Ab ἀγγελία, & φέρω, *fero.*

Ἀγγελικὴ, ῆς, ἡ, ſaltatio quædam, quæ exercebatur inter pocula. Ab ἀγγέλλω.

Ἀγγελικὸς, ὴ, ὸν, angelicus, ad Angelum pertinens. Ab ἄγγελος.

ἈΓΓΕΛΛΩ, f. ελῶ, p. ἤγγελκα, nuncio, certiorem facio. a. 1. ἤγγειλα, in med. ἠγγειλάμην. Ἀγγέλλειν τί τινι, νίκην εἰς τὴν πόλιν, τινὶ περί τινος.

Ἄγγελμα, τος, τὸ, nuncium, res quæ nunciatur. Ab ἀγγέλλω.

Ἄγγελος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nuncius, nuncia; (2) Angelus, ſ. nuncius Dei; (3) nuncium. Ab eod.

Ἀγγοθήκη, ης, ἡ, apotheca vaſorum; (2) capſa & theca poculi. Ex ἄγγος, & θήκη, *repoſitorium.*

Ἀγγοπῆναι, ῶν, *αἱ*, favi, ſeu cellæ apum. Heſ. Suid. Ex ἄγγος, & πήνη, *tela,* quia in modum telæ ſtructæ ſunt.

Ἀγγοπήνια, ων, τὰ, idem. Heſ. Suid. Ab eod.

ἌΓΓΟΣ, εος, τὸ, vas quodlibet, ut dolium, urna, &c.

ἈΓΓΟΎΡΙΟΝ, ȣ, τὸ, **cucumis.**

Ἄγγȣρον, ȣ, τὸ, idem.

ἈΓΓΟΥΡΟΣ, ȣ, ὁ, placentæ genus.

Ἀγγρίζω, f. ίσω, irrito, dolore adficio. Ab ἄγγρις.

ἌΓΓΡΙΣ, ἡ, dolor.

Ἀγγρισμὸς, ȣ̃, ὁ, irritatio, Gl. V. Ab ἀγγρίζω.

Ἀγγριϛὴς, ȣ̃, ὁ, irritator, Gl. V. Ab eod.

ἈΓΓΎΛΗ, ης, ἡ, lorum in modum catenæ intortum.

Ἄγε, *Adv. hortantis,* age, agedum, ageſis, eja. Ab ἄγω.

Ἀγείρατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inhonoratus; (2) valde honoratus. R. Ex α priv. vel intenſ. & γέρας, *honor.*

ἈΓΕΊΡΩ, f. ερῶ, p. ἤγερκα. Att. ἀγήγερκα. paſſ. ἀγήγερμαι, congrego, colligo; (2) mendicando corrogo, circulatorum more peto; (3) vagor victoriæ, aut alius rei cauſſa. Ἀγείρειν τὰ χρήματα, δωτίνας ἐκ τ̃ πόλεων, τὴν δύναμιν.

Ἀγείσωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſuggrunda non inſtructus. Ex α pr. & γεῖσον, *ſuggrunda.*

ἈΓΕΊΤΗΣ, ȣ, ὁ, injurius. Heſ. Etym.

Ἀγείτων, ονος, ὁ ϗ ἡ, vicinum non habens. Ex α pr. & γείτων, *vicinus.*

Ἀγελάζω, f. άσω, congrego. ἀγελάζεσθαι, congregari, gregatim vivere. Ab ἀγέλη, *grex.*

Ἀγελαιοκομικὸς, ὴ, ὸν, ad armentorum curam pertinens. Ex ἀγέλη, & κομέω, *curo.*

Ἀγελαῖος, αία, αῖον, armentalis, qui eſt e grege. Gl. V. gregarius, gregalis; (2) congregabilis, ſocialis; (3) trivialis, vilis; (4) imperitus, rudis. Ab ἀγέλη.

Ἀγελαιὼν, ῶνος, ὁ, locus armenti, locus, in quo paſcuntur armenta. Ab eod.

Ἀγελαρχέω, ῶ, f. ήσω, præſum armento, vel gregi. Ex ἀγέλη, & ἀρχὴ, *principatus.*

Ἀγελάρχης, ȣ, ὁ, armenti præfectus, armentarius, gregarius, Ph. (2) taurus, armenti dux. Ex iiſdem.

Ἀγέλαρχος, ȣ, ὁ, idem & ex iiſdem. Suic.

Ἀγελαϛέω, ῶ, f. ήσω, riſu abſtineo, non rideo. Ex α pr. & γελάω, *rideo.*

ἈΓΕΛΑΣΤΉΣ, ȣ̃, ὁ, anguilla. Heſ.

Ἀγελαϛὶ, *Adv.* ſine riſu, citra riſum. Ab ἀγέλαϛος.

Ἀγελαϛία, ας, ἡ, riſus abſtinentia; (2) geſtus tetricus. Ab eod.

Ἀγέλαϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, riſu non dignus; (2) riſus expers, non ridens; (3) tetricus, ſeverus. Ex α pr. & γελάω, *rideo.*

Ἀγελεία, ας, ἡ, Epitheton Palladis, qs. dux populi, vel prædatrix, quæ prædam ducit, Gl. V. Ex ἄγω & λαὸς, vel etiam ex ἄγω, & & λεία, *præda,* qs. prædatrix.

ἈΓΈΛΗ, ης, ἡ, armentum, grex, proprie boum, deinceps etiam equorum, luporum, avium, hominum, &c.

Ἀγεληδὸν, *Adv.* gregatim; (2) turmatim, catervatim. Ab ἀγέλη.

Ἀγέληθεν, *Adv.* ex armento, e grege. Ab eod.

Ἀγεληὶς, ίδος, ἡ, congregatilis. Ab eod.

Ἀγελήτης, ȣ, ὁ, qui ex armento, vel grege eſt. Ab eod.

Ἀγενεαλόγητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſine genealogia, ſine ſerie generis; vel cujus proſapia enarrari non poteſt. Ex α pr. & γενεαλογητὸς, a γενεαλογέω, *genus enarro.*

Ἀγένεια, ας, ἡ, ignobilitas; (2) vilitas; (3) animus ignobilis, non generoſus. Ab ἀγενής.

Ἀγένειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, imberbis. Ex α priv. & γένειον, *barba.*

Ἀγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ignobilis, humili loco natus; (2) degener, ignavus, minime generoſus; (3) abjectus, vilis, humilis, improbus; (4) qui eſt ſine prole. Ex α pr. & γένος, *genus.*

Ἀγένητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non generatus, non creatus; (2) non generans; (3) ignobilis. Ex α pr. & γενητὸς, *generatus.*

Ἀγέννεια, ας, ἡ, ignobilitas generis. Ab ἀγεννής.

Ἀγεννὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ignobilis, idem quod ἀγενής. Ex α pr. & γεννάω, *gigno, genero.*

Ἀγεννησία, ας, ἡ, ſterilitas. Ex α pr. & γέννησις, *generatio.*

Ἀγέννητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, non genitus, non generatus. Ex α pr. & γεννάω, *genero.*

Ἀγεννῶς, *Adv.* ignobiliter; (2) timide, ignaviter, parum viriliter. Ab ἀγεννής.

Ἀγέραϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſine munere, præmio carens. Ex α pr. & γέρας, *munus.*

Ἀγερέθω, colligo, congrego. Vocabulum poëticum. Ab ἀγείρω.

Ἀγερμὸς, ȣ̃, ὁ, congregatio. Ab eod.

Ἄγερσις, εως, ἡ, collectio. Ab eod.

Ἀγερωχία, ας, ἡ, ſuperbia, ferocia. Gl. V. arrogantia; (2) ſtrenuitas. Ab ἀγέρωχος.

ἈΓΈΡΩΧΟΣ, ȣ, ὁ ϗ ἡ ſuperbus, ferox. Gl. V. protervus, inſolens; (2) valde honoratus.

Ἀγερώχως, *Adv.* ſuperbe, ferociter. Ab ἀγέρωχος.

Ἀγεσίλαος, ȣ, ὁ, Epitheton Plutonis, qs. ductor populi, quoniam mortales omnes ad ſe ducit. Ab ἄγω, & λαὸς, *populus.*

Ἀγεσίλας, ȣ, ὁ, dux exercitus. Ab ἄγω, & ϛρατὸς, *exercitus.*

Ἀγέτης, ȣ, ὁ, dux, ductor. Ab ἄγω, *duco.*

Ἀγετοὶ, admirabiles. Heſ. Ab ἀγάω, *admiror.*

Ἀγέτρια, ας, ἡ, obſtetrix. Heſ. Ab ἀγέτης.

Ἀγευϛία, ας, ἡ, jejunium, inedia. Ab ἄγευϛος.

Ἄγευϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui guſtari non poteſt, vel guſtatus non fuit. Gl. V. inſipidus; (2) qui non guſtavit. Gl. V. impaſtus, jejunus. Ex α pr. & γεύομαι, *guſto.*

Ἀγεωμέτρητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, Geometriæ ignarus. Ex α pr. & γεωμετρία, *Geometria, ars metiendi quamvis magnitudinem.*

Ἀγεωργησία, ας, ἡ, agricolationis neglectus. Ex α pr. & γεωργέω, *agrum colo.*

Ἀγεώργητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, incultus, deſertus. Ex iiſdem.

Ἄγη, ης, ἡ, admiratio cum ſtupore conjuncta; (2) honor, veneratio; (3) gaudium; (4) diffidentia, (5) æmulatio; (6) ſtupor. Ab ἀγάω.

Ἀγὴ, ῆς, ἡ, fractura, contuſio; (2) littus; (3) fractio fluctus; (4) pernicies. Ab ἄγω, *frango, rumpo.*

ἈΓΗΛΆΖΩ, ſervo. Heſ. Etym.

Ἀγηλατέω, ῶ, f. ήσω, fugo, abigo, ut piaculum; (2) impello, ago. Ab ἀγήλατος.

Ἀγηλατίζω, f. ίσω, perſequor, fugo, abigo. Etym. Ab eod.

Ἀγήλατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, valida manu impulſus. Plur. ἀγήλατοι, fulmina. Ex ἄγαν, & ἐλαύνω, *impello.*

Ἀγήλειος, ȣ, ὁ, prædator; Heſ. Ex ἄγω & λεία, *præda.*

Ἄγημα, τος, τὸ, agmen; (2) ſtupor, Gl. V. ubi etiam, vehementia. Ab ἄγω, vel ἄγη.

Ἀγηνορέω, ῶ, f. ήσω, ſuperbio, inſoleſco. Ab ἀγήνωρ.

Ἀγηνορία, ας, ἡ, virilitas, ſtrenuitas; (2) audacia; (3) arrogantia. Ab ἄγαν, & ἀνὴρ, *vir.*

Ἀγήνωρ, ορος, ὁ, admodum virilis, ob fortitudinem admirandus, ſtrenuus, fortiſſimus; (2) audax, præfidens; (3) ſuperbus, arrogans. Ex ἄγαν, & ἀνὴρ, *vir.*

Ἀγήραος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſenectutis expers. Gl. V. inſeneſcibilis; (2) incorruptus. Ex α pr. & γῆρας, *ſenectus.*

Ἀγήρατος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſdem.

Ἀγήρως, ω, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſdem.

ἈΓῊΣ, έος, ὁ ϗ ἡ, ſceleſtus.

Ἀγήσανδρος, ȣ, ὁ, Epitheton Plutonis, qs. ducens homines, ſ. viros. Ab ἄγω, & ἀνὴρ, *vir.*

Ἀγησίλαος, ȣ, ὁ, idem quod Ἀγεσίλαος.

Ἀγησίχορος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ducens, vel auſpicans chorum. Ex ἄγω, & χορὸς, *chorus.*

Ἀγητὸς, ὴ, ὸν, admirabilis. Ab ἀγάω, *admiror.*

Ἁγιάζω, f. άσω, ſanctifico, conſecro; (2) veneror; (3) Deo ſacrifico & ſancte adoleo. Ab ἅγιος.

Ἁγίασμα, ατος, τὸ, ſanctificatio, purificatio; (2) ſanctimonia; (3) Templum Dei. Ab ἁγιάζω.

Ἁγιασμὸς, ȣ̃, ὁ, idem & ab eod.

Ἁγιαϛήριον, ȣ, τὸ, ſanctuarium. Ab eod.

Ἁγιαϛία, ας, ἡ, ſanctitas, ſanctimonia. Ab eod.

Ἁγίζω, f. ίσω, ſanctifico, conſecro; (2) adoleo, ſancte uro. Ab ἅγος, *veneratio,* vel etiam pro ἁγιάζω.

Ἀγινέω, ῶ, f. ήσω, ago, duco. Ab ἄγω.

Ἀγίνω, idem & ab eod.

Ἁγιόγραφα, ων, τὰ, Scripta ſancta, pars ſacrorum librorum. Ex ἅγιος, & γράφω, *ſcribo.*

Ἁγιόγραφος, ȣ, ὁ, ϗ ἡ, ſancte ſcriptus. Ex iiſd.

Ἅγιον, ȣ, τὸ, ſanctuarium. Ab ἅγιος.

Ἁγιοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſanctis conveniens. Ex ἅγιος, & πρέπει, *decet.*

Ἁγιοπρεπῶς, *Adv.* convenienter ſanctis. Ab ἁγιοπρεπής.

Ἅγιος, ία, ιον, ſanctus, ſacer; (2) purus; (3) venerandus.

Ἁγιοσύνη, ης, ἡ, ſanctitas, ſanctimonia. Ab ἅγιος.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, idem & ab eod.

Ἁγιόω, ῶ, f. ώσω, ſanctifico, ſanctum reddo. Ab ἅγιος.

Ἁγιϛεία, ας, ἡ, ſanctimonia, puritas; (2) cultus Deorum, ſacrorum peractio, ſacrum, res divina, cærimoniæ. Ab ἁγιϛεύω.

Ἁγιϛεύω, f. εύσω, ſanctifico; (2) veneror; (3) pietatem colo; (4) caſtimoniam ſervo. Ab ἅγος.

Ἁγιϛέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eod.

Ἁγιϛὴς, ȣ̃, ὁ, rixator, contumelioſus. Heſ.

Ἁγιϛία, ας, ἡ, idem quod ἁγιϛεία.

Ἁγίως, *Adv.* ſancte. Ab ἅγιος.

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, aliis ἁγιοσύνη, quod vide.

Ἀγκάζω, f. άσω, ulnis amplector, ulnis attollo, in ulnas ſumo. Ab ἀγκαί.

ἈΓΚΑΙ', ῶν, αἱ, ulnæ.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, ulna. Gl. V. gremium. Ab ἀγκαί.

Ἀγκαλιδαγωγέω, ῶ, f. ήσω, manipulos ſ. faſciculos veho. Ab ἀγκαλιδαγωγός.

Ἀγκαλιδαγωγὸς, ου, ὁ ϗ ἡ, qui manipulos, ſ. faſciculos navigio, aut ſuper jumento vehit; (2) bajulus. Ex ἀγκαλὶς, & ἄγω, *ago*.

Ἀγκαλιδοφορέω, ῶ, f. ήσω, manipulos porto, faſciculos geſto. Ab ἀγκαλιδοφόρος.

Ἀγκαλιδοφόρος, & ἀγκαλιδηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui manipulos, ſ. faſciculos portat; (2) bajulus. Ex ἀγκαλὶς, & φέρω, *fero*.

Ἀγκαλίζω, uſitatius ἀγκαλίζομαι, ulnis amplector, in ulnis geſto. Ab ἀγκάλη.

Ἀγκαλικῶς, *Adv.* ulnatim, amplexabunde. Ab eodem.

Ἀγκαλὶς, ίδος, ἡ, ulna; (2) manipulus, faſciculus. Ab ἀγκαλίζω.

Ἀγκάλισμα, τος, τὸ, quod ulnis amplexamur, quod in ulnis geſtamus. Ab eod.

Ἄγκαλος, ου, ὁ, faſciculus. Ab ἀγκάλη.

ἈΓΚΑΛΠΙ'Σ, ίδος, ἡ, præcipitium; (2) fovea. Heſ.

Ἀγκὰς, *Adv.* in ulnis. Ἀγκὰς ἔχειν, *Theoc.* amplecti. Ab ἀγκαί.

ἈΓΚΗΘΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, innoxius. Heſ.

ἈΓΚΗ'Σ, έος, ὁ ϗ ἡ, reſonans. Heſ.

Ἀγκίον, ου, τὸ, vallis parva, vallicula. Dim. ab ἄγκος.

Ἀγκιστρεία, ας, ἡ, piſcatio, quæ fit hamo. Ab ἄγκιστρον.

Ἀγκιστρευτὴς, οῦ, ὁ, hamiota, piſcator hamo utens. Ab ἀχιστρεύω.

Ἀγκιστρευτικὸς, ἡ, ὸν, piſcatorius, ad piſcationem pertinens. Hinc ἡ ἀγκιστρευτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars piſcatoria. Ab eod.

Ἀγκιστρεύω, f. εύσω, ineſco. Gl. V. uncino, hamo, adhamo. Ab ἄγκιστρον.

Ἀγκιστριώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, hamatilis. Gl. V. Ab eod.

Ἀγκιστροειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, hamatus, aduncus in hami modum. Ab ἄγκιστρον, & εἶδος, *forma*.

ἈΓΚΙΣΤΡΟΝ, ου, τὸ, hamus; (2) uncus quilibet.

Ἄγκιστρος, ου, ὁ, idem.

Ἀγκιστροφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, hamivorus; (2) avarus. Ex ἄγκιστρον, & φάγος, *vorax*.

Ἀγκιστρόω, ῶ, f. ώσω, capio hamo. ἠγκιστρωμένος, hamo captus, perf. paſſ. part. Ab ἄγκιστρον.

Ἀγκιστρωτὸς, οῦ, ὁ, hamatus, hami formam habens; (2) hamis conſertus. Ab ἀγκιστρόω.

ἈΓΚΛΕΥ'Ω, ſervo. Varin.

ἈΓΚΛΟ'Σ, ἡ, ὸν, obliquus, tortuoſus. Heſ.

ἈΓΚΟΙ'ΝΗ, ης, ἡ, ulna, quod tamen uſitatius in plurali eſt.

Ἀγκονέω, ῶ, f. ήσω, ſtudioſe in opere verſor, opus accelero. Ex ἀνὰ, & κονέω, *moveo*.

Ἀγκονὶς, ίδος, ἡ, miniſtra, ſerva. V. Lex. Ab ἄγκονος.

Ἄγκονος, ου, ὁ, miniſter, famulus, Heſ. Ab ἀγκονέω.

ἌΓΚΟΣ, εος, τὸ, vallis, convallis.

Ἀγκρεμάννυμι, ſuſpendo. ἀγκρεμάσας, aor. I. part. Dicitur pro ἀνακρεμάσας, qualia plura, vide Part. II.

Ἀγκλακιάζω, f. άσω, ſuffoco, ſtrangulo. Heſ. Ab Ἄγχω, *ango*.

Ἀποκαλέω, ῶ, voco, appello. Gl. V. ſevoco ; (2) invoco ; (3) interdico, veto ; ἀποκαλοῦμαι, devoco, Gl. V. Ἀποκεκλήκαμεν Διογενεῖς θεοὺς μήκετί γε τὴν ἐμὴν διαπερᾶν πόλιν, clamando vetuimus, Ariſt. Av. 1267. Ex ἀπὸ, & καλέω, *voco.*

Ἀποκαλυπτικὸς, ἡ, ὸν, qui revelare, ſeu patefacere ſolet, aut poteſt. Ab ἀποκαλύπτω.

Ἀποκαλύπτω, f. ψω, detego, revelo. Σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, Matt. 16, 17. Ἀποκαλύπτεται ὀργὴ Θεοῦ, Rom. 1, 18. Ex ἀπὸ, & καλύπτω, *tego.*

Ἀποκάλυψις, εως, ἡ, revelatio, detectio, patefactio. Ab ἀποκαλύπτω.

Ἀποκάμνω, f. αμῶ, defatigor, deficio, fatiſco ; ἀποκαμοῦσα, laſſa, defeſſa, Ph. a. 2. part. Ex ἀπὸ, & κάμνω, quod idem ſignificat.

Ἀποκάμπτω, f. ψω, deflecto ; (2) deflecto me a recto curſu. Ph. ἀποκάμψαι, degenerare. Ex ἀπὸ, & κάμπτω, *flecto.*

Ἀπόκαμψις, εως, ἡ, deflexus. Ab ἀποκάμπτω.

Ἀποκαπνίζω, f. ίσω, ſuffio, ſuffumigo. Ex ἀπὸ, & καπνίζω, *fumigo.*

Ἀποκαπνισμὸς, οῦ, ὁ, exceptio rei ſuffitæ per infundibulum ſive arundinem. Ab ἀποκαπνίζω.

Ἀποκαραδοκέω, ῶ, f. ήσω, ſollicite & quaſi exſerto capite exſpecto. Ex ἀπὸ, & καραδοκέω, quod idem notat.

Ἀποκαραδοκία, ας, ἡ, ſollicita & anxia exſpectatio. Ab ἀποκαραδοκέω.

Ἀπόκαρμα, ατος, τὸ, quod tondendo reſecatur. Ab ἀποκείρω, *detondeo.*

Ἀποκαρπόω, ῶ, fructum edo, pullulo. Ex ἀπὸ, & καρπόω, *fructifico.*

Ἀπόκαρσις, εως, ἡ, tonſura. Ab ἀποκείρω.

Ἀποκαρτερέω, ῶ, f. ήσω, inedia mortem mihi conſciſco ; (2) non ſuſtineo, animo deficio, impar ſum dolori. Ex ἀπὸ, & καρτερέω, *tolero.*

Ἀποκαρτέρησις, εως, ἡ, mortis oppetitio per inediam ; (2) tolerantia doloris victa, abruptio patientiæ præ dolore. Ab ἀποκαρτερέω.

Ἀποκαρφολογέω, ῶ, f. ήσω, paleas, ſeu feſtucas alicunde lego. Ex ἀπὸ, & καρφολογέω, *paleas lego.*

Ἀποκαταβαίνω, deſcendo. Ex ἀπὸ, & καταβαίνω, *deſcendo.*

Ἀποκαταλλάσσω, vel ἀποκαταλλάττω, f. άξω, reconcilio. Καὶ δι' αὐτοῦ ἀποκαταλλάξαι τὰ πάντα εἰς αὐτὸν, Col. 1, 20. Ex ἀπὸ, & καταλλάσσω, *concilio.*

Ἀποκατάϛασις, εως, ἡ, circuitus ſolis, lunæ & aliarum ſtellarum errantium anno vertente in eodem ſigno ; (2) reſtitutio in priſtinam formam, vel ſtatum. Gl. V. reſtitutio, redhibitio. Ab ἀποκαθίϛημι.

Ἀποκατάσχεσις, εως, ἡ, detentio. Ph. abſtentio. Ab ἀποκατέχω.

Ἀποκατατίθημι, depono. Ex ἀπὸ, & κατατίθημι, *pono.*

Ἀποκατέχω, detineo. Ph. ἀποκατασχεθῆναι, detineri, Ph. Ex ἀπὸ, & κατέχω, *teneo.*

Ἀποκαυλέω, ῶ, f. ήσω, decauleſco, caulem amitto. Ab ἀπόκαυλος.

Ἀποκαύλησις, εως, ἡ, caulis amiſſio & abjectio, extirpatio. Ab ἀποκαυλέω.

Ἀποκαυλίζω, f. ίσω, decutio, decurto ; (2) revello una cum caule. Ἀπεκαύλιζε τὸ προέχον τῆς ἐμβολῆς, eludebat, Thuc. Ex ἀπὸ, & καυλὸς, *caulis.*

Ἀπόκαυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, caule reciſo non germinans. Ex ἀπὸ, & καυλὸς, *caulis.*

Ἀπόκαυσις, εως, ἡ, exuſtio. Ab ἀποκαίω.

Ἀπόκειμαι, f. κείσομαι, ſeponor, reponor, (2) ſtatutus ſum ; (3) immineo, impendeo ; ἀπόκειται, depoſitum eſt, Gl. V. ἀποκείμενος, conditus, repoſitus, condititius, Gl. V. ἀποκείμενον, reconditum, Ph. Ἀπόκειται τοῖς ἀνθρώποις ἅπαξ ἀποθανεῖν, Heb. 9, 27. Ex ἀπὸ, & κεῖμαι, *jacio.*

Ἀποκείρω, tondeo, detondeo ; (2) amputo, abſcindo ; (3) privo, ſpolio, imminuo ; ἀποκεκαρμένα, detonſa, Ph. p. part. paſſ. Ἀποκείρειν τὰ πρόβατα, τὰς κεφαλάς. Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην, Il. 23, 141. Ex ἀπὸ, & κείρω, *tondeo.*

Ἀποκεκαλυμμένως, *Adv.* aperte, palam. Ab ἀποκεκαλυμμένος, quod eſt ab ἀποκαλύπτω, *revelo, aperio.*

Ἀποκέλλω, deflecto, declino a via, quæ ad portum tendit ; (2) declino a recta via. Ex ἀπὸ, & κέλλω, *appello, in portum pervenio.*

Ἀπόκενος, ου, ὁ καὶ ἡ, vacuus, inanis. Ex ἀπὸ, & κενὸς, *vacuus.*

Ἀποκενόω, ῶ, f. ώσω, exinanio, evacuo. Ab ἀπόκενος.

Ἀποκεντέω, ῶ, f. ήσω, compungo, transfigo. Ex ἀπὸ, & κεντέω, *pungo.*

Ἀποκένωσις, εως, ἡ, exinanitio, vacuitas, Gl. V. Ab ἀποκενόω.

Ἀποκερδαίνω, lucrifacio, lucror ex aliqua re. Ex ἀπὸ, & κερδαίνω, *lucrifacio.*

Ἀποκερματίζω, f. ίσω, in æris minutulos nummos redigo ; (2) facultates diſſipo. Ex ἀπὸ, & κερματίζω, *in minutos nummulos redigo.*

Ἀποκεφαλίζω, f. ίσω, capite privo, caput amputo; Ph. decollo. Ἰωάννην ἐγὼ ἀπεκεφάλισα, Luc. 9, 9. Ex ἀπὸ, & κεφαλὴ, *caput.*

Ἀποκεφάλισμα, ατος, τὸ, capitis amputatio ; (2) ſordes, quibus caput repurgatum fuit. Ab ἀποκεφαλίζω.

Ἀποκεφαλισμὸς, οῦ, ὁ, capitis amputatio. Ab eod.

Ἀποκηδέω, ῶ, f. ήσω, negligo, ſollicitus non ſum. Ex ἀπὸ, & κῆδος, *cura.*

Ἀποκήρυκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, abdicatus, excommunicatus. Ab ἀποκηρύσσω.

Ἀποκήρυξις, εως, ἡ, venditio per præconem ; (2) proſcriptio ; (3) abdicatio ; (4) excommunicatio. Ab eod.

Ἀποκηρύσσω, vel ἀποκηρύττω, f. ξω, per præconem vendo, auctionor ; (2) proſcribo ; (3) abdico ; (4) finibus expello, in exſilium ejicio ; (5) excommunico ; (6) edicto publico interdico. Ἀποκηρύσσειν τὰ ὄντα, τὰ πατρῷα, τῆς πανηγύρεως. Πόσου τοῦτον ἀποκηρύττεις; Luc. Ex ἀπὸ, & κηρύσσω, *prædico, edico.*

Ἀποκικλήσκω, avoco. Ab ἀποκαλέω.

Ἀποκινδυνεύω, f. εύσω, periculum facio, periclitor ; (2) periculum adeo, aleam ſubeo. Ἀποκινδυνεύειν περί τινος, πρός τινα. Ex ἀπὸ, & κινδυνεύω, *periclitor.*

Ἀποκινέω, ῶ, f. ήσω, amoveo, removeo ; Gl. V. ἀποκινῶ, dimoveo, ſummoveo ; ἀποκινηθεὶς, amotus, Ph. ἀποκινηθέντες, emoti, Ph. ἀποκινηθῆναι, ſummoveri, Ph. a. 1. paſſ. Ex ἀπὸ, & κινέω, *moveo.*

Ἀποκίνησις, εως, ἡ, remotio, emotio, Ph. A præc.

Ἀπόκινος, ου, ὁ, receſſus, diſceſſus, fuga ; (2) genus ſaltationis. Ἀλλ' εὑρέ τιν' ἀπόκινον ἀπὸ τοῦ δεσπότου, Ariſt. Eq. 20. Ex ἀπὸ, & κινέω.

Ἀποκισσόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, in hederam degenero, hedera fio. Ex ἀπὸ, & κισσὸς, *hedera.*

Ἀποκλάζω, f. άγξω, clango, clangorem edo ; (2) cano, veluti cum clangore quodam. Ex ἀπὸ, & κλάζω, *clango.*

Ἀποκλαίω, f. αύσω, defleo. Ex ἀπὸ, & κλαίω, *fleo.*

Ἀπόκλασμα, ατος, τὸ, abruptio. Ab ἀποκλάω.

Ἀποκλάω, ῶ, f. άσω, defringo ; ἀποκλᾷ præfingit, Gl. V. Ex ἀπὸ, & κλάω *frango.*

Ἀπόκλεισις, εως, ἡ, excluſio, intercluſio. Ab ἀποκλείω.

Ἀπόκλεισμα, ατος, τὸ, locus, quo aliquid includitur ; (2) res, qua aliquid includitur ; (3) carcer. Ab eod.

Ἀπόκλειστος, ου, ὁ καὶ ἡ, incluſus. Ab eod.

Ἀποκλείω, f. είσω, excludo, arceo, prohibeo ; (2) includo ; (3) claudo. Ἀποκλείεσθαι τῆς ὁδοῦ, τοῦ ἄστεος, τὴν ὄψιν. Ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἀποκέκλεισμαι τῶν πυλῶν, Ariſt. Lyſ. 426. Ex ἀπὸ, & κλείω, *claudo.*

Ἀποκλέπτω, f. ψω, furor, ſurripio. Ex ἀπὸ, & κλέπτω, *furor.*

Ἀπόκληρος, ου, ὁ καὶ ἡ, exheres, Gl. V. exſors. Ex ἀπὸ, & κλῆρος, *hereditas.*

Ἀποκληρόω, ῶ, f. ώσω, ſortior, ſorte lego ; (2) ſorte diſtribuo ; (3) ſegrego, ſorte privo, exheredo. Τοῖς δὲ ϛρατιώταις χώραν τῆς Ἰταλίας ἀπεκλήρωσε πολλὴν, Plut. Ex ἀπὸ, & κλῆρος, *ſors.*

Ἀποκλήρωσις, εως, ἡ, electio, ſeu creatio, quæ fit per ſortes ; delegatio, deputatio, Ph. Ab ἀποκληρόω.

Ἀπόκλητος, ου, ὁ καὶ ἡ, vocatus, evocatus. Ab ἀποκαλέω, *evoco.*

Ἀποκλίνω, declino, inclino, vergo, deflecto ; (2) inclino animo ad aliquid ; (3) deflecto, deficio ab aliquo ; ἀποκλίνει, devertit, Ph. Ἀποκλίνειν πρὸς τὰ ἥττω, εἰς εἰρήνην, τὸ ῥαθυμεῖν· ἀποκλίνεσθαι εἰς ὕπνον, εἰς ὄχθην. Ex ἀπὸ, & κλίνω, *inclino.*

Ἀπόκλισις, εως, ἡ, inclinatio. Ab ἀποκλίνω.

Ἀποκλύζω, f. ύσω, eluo, abluo ; deluo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & κλύζω, *luo.*

Ἀπόκναισις, εως, ἡ, moleſtatio, vexatio. Ab ἀποκναίω.

Ἀποκναίω, f. αίσω, tædio adficio, adfligo ; (2) obtundo ; (3) exhaurio, accido. Ὁ οὖν ἔρως τῆς γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με, Luc. Ex ἀπὸ, & κναίω, *ſcindo.*

Ἀποκνάω, ῶ, f. ήσω, ſcalpo, abrado. Ex ἀπὸ, & κνάω, *ſcalpo.*

Ἀποκνέω, ῶ, f. ήσω, pigror, metu ab aliquo deterreor ; (2) per ignaviam aliquid adgredi recuſo. Ex ἀπὸ, & ὀκνέω, *pigror.*

Ἀπόκνησις, εως, ἡ, detrectatio alicujus rei ex ignavia aut metu. Ab ἀποκνέω.

Ἀποκνίζω, f. ίσω, vellico, ungue aliquid abſcindo,

abſcindo, vel abrumpo; (2) ungue vulnero; (3) dedolo, extenuo. Ex ἀπὸ, & κνίζω, *ſeco*.

Ἀπόκνισις, εως, ἡ, vellicatio, abſciſſio, quæ fit ungue. Ab ἀποκνίζω.

Ἀπόκνισμα, ατος, τὸ, fruſtum rei alicujus proprie ungue abſciſſum; (2) ſegmentum. Ab eod.

Ἀποκογχίζω, f. ίσω, concha aut teſta excipio, aut in ipſam diffundo ac repono. Ex ἀπὸ, & κόγχη, *concha*.

Ἀποκοιμάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, ſeorſim dormio, ſecubo, ſeorſim cubo; (2) dormio. Ex ἀπὸ, & κοιμάω, *dormio*.

Ἀποκοιτέω, ῶ, f. ήσω, ſecubo, obnocto; emaneo, Gl. V. Ab ἀπόκοιτος.

Ἀπόκοιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſecubans, ſeorſim dormiens. Ph. emanens; diſcretus lectus, Ph. ἀπόκοιτοι, emanſores, Gl. V. emanſiones, Ph. Ex ἀπὸ, & κοίτη, *cubile*.

Ἀποκολακεύω, eblandior, Gl. V. Ex ἀπὸ, & κολακεύω, *blandior*.

Ἀποκολάπτω, f. ψω, tundendo aufero; (2) pertundo; (3) inſculpo. Ex ἀπὸ, & κολάπτω, *tundo*.

Ἀποκολούω, f. ούσω, detrunco, mutilo; (2) infringo. Ex ἀπὸ, & κολούω, *amputo, trunco*.

Ἀποκολπόω, ῶ, f. ώσω, ſinuo, in ſinus excavo. Ex ἀπὸ, & κολπόω, *ſinuo*.

Ἀποκολυμβάω, ῶ, f. ήσω, enato, natando evado, elabor. Ex ἀπὸ, & κολυμβάω, *nato*.

Ἀποκομάω, ῶ, f. ήσω, comis nudo, tondeo. Ex ἀπὸ, & κόμη, *coma*.

Ἀποκομιδὴ, ῆς, ἡ, aſportatio; (2) deportatio; (3) reditus. Ab ἀποκομίζω.

Ἀποκομίζω, f. ίσω, aſporto, porto, deporto, aufero, Gl. V. ἀποκομισθεὶς, latus, Ph. ablatus, a. 1. part. paſſ. Κόσμον εἰς τὸ ἱερὸν ἀποκομίζειν, Ariſtot. Ἀπεκομίσαντο πέμπτῳ μηνὶ τοὺς ἐκ τοῦ φρουρίου, Xen. Ex ἀπὸ, & κομίζω, *porto*.

Ἀπόκομμα, ατος, τὸ, fruſtum, fragmentum; ἀποκόμματα, ſegmenta, præſegmina, Gl. V. Ab ἀποκόπτω.

Ἀποκομπάζω, f. άσω, inſolentius me effero, vel jacto. Ex ἀπὸ, & κομπάζω, *crepito*.

Ἀποκοπὴ, ῆς, ἡ, abſciſſio, amputatio; præſectio, deſectio, Gl. V. (2) Figura grammatica, qua a fine vocis aliquid aufertur. Ab ἀποκόπτω.

Ἀπόκοπος, ου, ὁ ϗ ἡ, abſciſſus; (2) ſpado, debilis, imbecillis; Ph. eviratus; caſtratus, Gl. V. Ab eod.

Ἀποκόπτω, f. ψω, abſcindo, amputo, recido, præcido, minuo; (2) repello, abjungo, ſeparo, avoco, abſtraho. Ἀπέκοψεν αὐτοῦ τὸ ὠτίον τὸ δεξιὸν, Joan. 18, 10. Ex ἀπὸ, & κόπτω, *ſcindo, ſeco*.

Ἀποκορέννυμι, obſaturo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & κορέννυμι, *ſaturo*.

Ἀποκορσόω, ῶ, f. ώσω, detondeo. Ex ἀπὸ, & κορσόω, *tondeo*.

Ἀποκορυφόω, ῶ, f. ώσω, in verticem attollo; (2) paucis rem expedio. Ex ἀπὸ, & κορυφὴ, *vertex*.

Ἀποκοσμέω, ῶ, f. ήσω, quæ ordine collocata erant, aufero, amoveo; (2) ornatum aufero, ornatu privo; ἀποκοσμοῦσι, dedecorant, Ph. Ex ἀπὸ, & κόσμος, *ornatus*.

Ἀποκόσμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui procul a mundo degit, qui in receſſu, ſ. monaſterio vivit. Ex ἀπὸ, & κόσμος, *mundus*.

Ἀποκοτταβίζω, f. ίσω, effundo cum ſonitu, quod a potu in poculo remanſerat. Ex ἀπὸ, & κοτταβίζω, *cottabo ludo*.

Ἀποκοτταβισμὸς, οῦ, ὁ, certamen illud potorum, quo, poſtquam biberant, reliquum ſic e poculo ejiciebant, ut reſonaret. Ab ἀποκοτταβίζω.

Ἀποκουφίζω, f. ίσω, levo, ſublevo, exonero. Οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ', Eur. Hec. 105. Ἀποκουφίζων πολυπράγμονος ὄχλου τὴν πόλιν, Plut. Ex ἀπὸ, & κουφίζω, *levo*.

Ἀποκόψιμον, ſubcidaneum, Gl. V. Ab ἀποκόπτω.

Ἀποκραδίζω, e ramo ficulneo aufero. Ex ἀπὸ, & κράδη, *ramus ficulneus*.

Ἀποκραιπαλάω, ῶ, crapulam edormio, ſeu exhalo. Ex ἀπὸ, & κραιπαλάω, *crapulor*.

Ἀποκραιπαλίζομαι, f. ίσομαι, idem. Ex ἀπὸ, & κραιπάλη, *crapula*.

Ἀποκραιπαλισμὸς, οῦ, ὁ, crapulæ exhalatio, reditio ad ſobrietatem. Ab ἀποκραιπαλίζομαι.

Ἀποκρανίζω, f. ίσω, caput amputo. Ex ἀπὸ, & κράτον, *caput*.

Ἀποκρατέω, ῶ, f. ήσω, cohibeo, compeſco; (2) retineo. Ex ἀπὸ, & κρατέω, *contineo*.

Ἀποκρεμάω, ῶ, f. άσω, ſuſpendo; ἀποκρέμαμαι, dependeo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & κρεμάω, *ſuſpendo*.

Ἀπόκρεως, ω, ὁ, carniſprivium, tempus, quo a carne abſtinetur. Ex iiſd.

Ἀπόκρημνος, ου, ὁ ϗ ἡ, abruptus, præruptus, præceps; ἀπόκρημνον, præceps, Ph. abruptum, præcipitium, Gl. V Ex ἀπὸ, & κρημνὸς, *præcipitium*.

Ἀποκριδὸν, *Adv.* ſelectim, ſeparatim. Ab ἀποκρίνω.

Ἀποκριθύνω, f. υνῶ, ſecerno, excerno. Ab eod.

Ἀπόκριμα, ατος, τὸ, reſponſio, reſponſum; (2) condemnatio; (3) ſententia. Ab eod.

Ἀποκρίνω, f. ινῶ, ſecerno, eximo, ſeparo, deligo, eligo; (2) incerno, excerno; (3) rejicio, improbo, abjudico; ἀποκρίνομαι, reſpondeo. Ἀποκρίνειν ἓν δυοῖν κακοῖν. Ἀποκρίνεσθαι τί τινι, πρός τινα. Σὺ δ' ἀπόκριναί μοι τοδί, Ariſt. Θεσμ. 747. Ἀπεκρίθη ἐς τοῦτο πάντα, convertebantur, Thuc. Ex ἀπὸ, & κρίνω, *judico*.

Ἀπόκρισις, εως, ἡ, reſponſio, reſponſum; (2) excretio, ſeu ipſa actio excernendi. Ab ἀποκρίνω.

Ἀποκριτικὸς, ὴ, ὸν, excretivus. Ab eod.

Ἀπόκριτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſelectus; ἀπόκριτον, excretum, Gl. V. Ab eod.

Ἀποκροτέω, ῶ, f. ήσω, crepito, plauſito. Ab ἀπόκροτος.

Ἀποκρότημα, ατος, τὸ, digitorum concrepitatio. Ab ἀποκροτέω.

Ἀπόκροτος, ου, ὁ ϗ ἡ, durus, aſper, rigidus; (2) pavitus. Ex ἀπὸ, & κρότος, *pulſus*.

Ἀπόκρουσις, εως, ἡ, depulſio, repulſio, propulſatio. Ab ἀποκρούω.

Ἀποκρουστικὸς, ὴ, ὸν, repulſivus, depulſivus, vim depellendi habens. Ab eod.

Ἀπόκρουστος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui repellitur, ſeu rejicitur. Ab eod.

Ἀποκρούω, f. ούσω, repello, depello, propulſo, reprimo; (2) excutio; & ἀποκρούομαι, propulſo, refello, refuto. Ἀποκρούειν τί τινος· ἀποκρούεσθαι τοῦ ἵππου, Xen. Ex ἀπὸ, & κρούω, *pulſo*.

Ἀποκρύπτω, f. ύψω, abſcondo, occulto, contego, operio, celo, obſcuro; (2) dignitate & præſtantia ſupero, vinco; ἀποκρύπτομαι, deliteo, deliteſco, celo, Gl. V. ἀποκεκρυμμένον, abditum, abſtruſum, abſconſum, reconditum, Ph. ἀπέκρυψεν, abdidit, Ph. Ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν ϗ συνετῶν, Matt. 11, 25. Οὐδὲν ἀποκρύψομαί σε, Plut. Ἀποκρύπτειν τί τινα, πρός τινα, περί τινος. Ex ἀπὸ, & κρύπτω, *abſcondo*.

Ἀποκρυφὴ, ῆς, ἡ, latebra, latibulum. Ab eod.

Ἀπόκρυφος, ου, ὁ ϗ ἡ, occultus, abſconditus; ἀπόκρυφον, abditum, abſconditum, abſconſum, ſecretum, arcanum, Ph. obſcurum, Gl. V. Ab eod.

Ἀπόκρυψις, εως, ἡ, abſconſio, occultatio, Gl. V. latitatio. Ab ἀποκρύπτω.

Ἀποκτάομαι, ῶμαι, poſſeſſionem alicujus rei amitto; alieno, a dominio meo emitto, emancipo. Ex ἀπὸ, & κτάομαι, *poſſideo*.

Ἀποκτείνω, f. ενῶ, interficio, occido; perimo, Gl. V. Ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, Joan. 5, 16. Ex ἀπὸ, & κτείνω, *interficio*.

Ἀποκτεννύω, idem. Ab ἀποκτείνω.

Ἀποκτένω, idem & ab eod.

Ἀποκτιννύω, idem & ab eod.

Ἀποκτονέω, ῶ, f. ήσω, idem & ab eod.

Ἀποκτυπέω, ῶ, f. ήσω, ſonum edo, vel cieo. Ex ἀπὸ, & κτυπέω, *ſono*.

Ἀποκυέω, ῶ, f. ήσω, pario, gigno; ἀποκυήσασα, enixa, connixa, Ph. effœta, al. Gl. V. a. 1. act. part. Ἡ δὲ ἁμαρτία ἀποτελεσθεῖσα ἀποκύει θάνατον, Jac. 1, 15. Ex ἀπὸ, & κυέω, *concipio*.

Ἀποκύησις, εως, ἡ, partus, puerperium. Ab ἀποκυέω.

Ἀποκυίσκω, pario, fœtum depono. Ex ἀπὸ, & κύω, *in utero geſto*.

Ἀποκυλίζω, f. ίσω, devolvo, volvendo amoveo, volvendo amolior. Τίς ἀποκυλίσει ἡμῖν τὸν λίθον ἐκ τῆς θύρας τοῦ μνημείου; Marc. 16, 3. Ex ἀπὸ, & κυλίζω, *volvo*.

Ἀποκυλινδέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ex ἀπὸ, & κυλινδέω, *volvo*.

Ἀποκυλίω, f. ίσω, devolvo; (2) amoveo. Ex ἀπὸ, & κυλίω, *volvo*.

Ἀποκυματίζω, undis agito, R. Ex ἀπὸ, & κῦμα, *fluctus*.

Ἀπόκυνον, ου, τὸ, frutex, qui canes in primis ab ipſis comeſtus necare traditur. Ex ἀπὸ, & κύων, *canis*.

Ἀποκυρόω, ῶ, f. ώσω, abrogo, irritum facio, auctoritate privo; ἀποκυροῖ, abrogat, Ph. Ex ἀπὸ, & κυρόω, *auctoritatem do*.

Ἀποκύρωσις, εως, ἡ, abrogatio, Gl. V. A præc.

Ἀποκωλύω, f. ύσω, prohibeo, veto, impedio. Ex ἀπὸ, & κωλύω, *veto*.

Ἀποκωφόω, ῶ, mutum reddo; (2) exſurdo, ſurdum reddo. Ex ἀπὸ, & κωφόω, *mutum reddo, exſurdo*.

Ἀπολαγχάνω, ſortior. Ἀπολαγχάνειν τῶν κτημάτων, τῆς γῆς, τὸ μέρος τινος. Ex ἀπὸ, & λαγχάνω, quod idem notat.

Ἀπολαιμοτομέω, ῶ, jugulum incido. Ex ἀπὸ, & λαιμοτομέω, *jugulo*.

Ἀπολακτίζω, f. ίσω, calce ferio, calce repello; (2) deſpicio, ſperno. Ex ἀπὸ, & λακτίζω, *calco, calce repello*.

Ἀπολακτισμὸς, οῦ, ὁ, calcitratio. Ab ἀπολακτίζω.

Ἀπολαλέω, ῶ, f. ήσω, garrio, effutio; (2) renuo, ſermone recuſo. Ex ἀπὸ, & λαλέω, *loquor*.

Ἀπολαμβάνω, f. λήψομαι, recipio, recupero, Gl. V. (2) ſeorſum duco, intercludo, intercipio; ἀπείληφεν, recepit, Ph. ἀπολάβωσιν, conſequerentur, Ph. Ἀπολαμβάνειν τὴν ἀρχὴν, τὸν μισθὸν, τοὺς ὅρκους, τὶ παρά τινος· τὶ πρὸς λόγον, reducere. Ex ἀπὸ, & λαμβάνω, *ſumo*.

Ἀπολαμπρύνω, ſplendidum reddo, illuſtro. Ex ἀπὸ, & λαμπρύνω, *clarum reddo*.

Ἀπολάμπω, f. ψω, emico, effulgeo, reſplendeo;

ſplendeo; (2) ejaculor, emitto. Ὀφθαλμοὶ πανταχῆ ἀκτῖνες ἀπολάμπωσιν, Ariſt. Av. 1015. Χάρις δ' ἀπελάμπετο πολλή, Il. 14, 183. Ex ἀπὸ, & λάμπω, *fulgeo.*

Ἀπολάπτω, f. ψω, lambendo, abſorbeo. Ex ἀπὸ, & λάπτω, *ſorbeo.*

Ἀπόλαυσις, εως, ἡ, fruitio, uſus, commodum, fructus, quem ex aliqua re percipimus; (2) voluptas, obluctatio. Ab ἀπολαύω.

Ἀπόλαυσμα, ατος, τὸ, oblectamentum. Ab eod.

Ἀπολαυστικὸς, ἡ, ὸν, in voluptate vivens; (2) voluptatem adferens. Ab ἀπολαυστός.

Ἀπολαυστὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ad voluptatem pertinens. Ab ἀπολαύω.

Ἀπολαύω, f. αύσω, fruor; commodum, fructum, emolumentum capio; (2) ſum particeps; (3) damnum capio. Φίλων ἡδίστης ϗ ποθεινοτάτης ὄψεως ἀπολαῦσαι, Philo. Ἀπολαύσομαί τί γ', εἰ διαστραφήσομαι; Ariſt. Av. 178. Ex ἀπὸ, & λαύω, *fruor.*

Ἀπολεαίνω, lævigo, complano; (2) contero, comminuo. Ex ἀπὸ, & λεαίνω, *lævigo.*

Ἀπολέγω, f. ξω, deligo, ſeligo; (2) decerpo; (3) rejicio, repudio; (4) declaro; (5) interdico, veto. Ἀπολέγειν τὴν ἐν τῇ ψυχῇ δυσγένειαν· ἀπολέγεσθαι τὴν δέησιν, πόνον· τὴν ψυχὴν, deſpondere. Ex ἀπὸ, & λέγω, *colligo, dico.*

Ἀπολείβω, f. ψω, diſtillo, fundo. Καιρωσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, Odyſſ. 7, 107. Ex ἀπὸ, & λείβω, *libo, fundo.*

Ἀπολείπω, f. ψω, relinquo, derelinquo; (2) deſero, deſtituo; (3) ſupero, vinco, præſto, a tergo relinquo; ἀπολείπομαι, deſum, deficio, abſum. Μικρὸν ἀπέλιπε τȣ͂ μὴ πίπτειν, parum abfuit quin caderet· ἀπολείπεσθαι τῆς κυρίας, vadimonium deſerere; τῆς ἐπιβολῆς, abeſſe. Ἦπȣ σε ταχέως ἀπέλιπε τὰ χρήματα; Ariſt. Plut. 832. Ἀπὸ γὰρ βίον αὐτίκα λείψω, Soph. Phil. 1150. Ex ἀπὸ, & λείπω, *linquo.*

Ἀπολειτȣργέω, ῶ, ſubminiſtro, R. Ex ἀπὸ, & λειτȣργέω, *publicum munus obeo.*

Ἀπολείχω, f. ξω, delambo, delingo. Οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέλειχον τὰ ἕλκη αὐτȣ͂, Luc. 16, 21. Ex ἀπὸ, & λείχω, *lingo.*

Ἀπόλειψις, εως, ἡ, relictio, derelictio; (2) defectus deliquium. Ab ἀπολείπω.

Ἀπόλεκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, electus, eximius. Ab ἀπολέγω.

Ἀπολελυμένως, *Adv.* ſolute, abſolute, libere. Ab ἀπολελυμένος, quod eſt ab ἀπολύω, *ſolvo.*

Ἀπολέμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, bello non vexatus, bello non laceſſitus. Ab ἀπόλεμος.

Ἀπόλεμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, imbellis, inhabilis ad bellum; (2) inexpugnabilis; (3) pacificus. Ex α priv. & πόλεμος, *bellum.*

Ἀπολέμως, *Adv.* non pugnaciter & inſtanter. Ab ἀπόλεμος.

Ἀπολεπίζω, f. ίσω, decortico. Ex ἀπὸ, & λέπω, quod idem notat.

Ἀπολεπτύνω, f. υνῶ, in mucronem colligo; (2) extenuo. Ex ἀπὸ, & λεπτύνω, *tenuo.*

Ἀπολέπω, f. ψω, decortico. Ex ἀπὸ, & λέπω, *delibro, decortico.*

Ἀπολέσκομαι, pereo; quaſi hinc ſit ἀπολέσκετο, imperf. quod tamen Ionicum eſt pro ἀπώλετο, ab ἀπόλλυμι.

Ἀπολευκαίνω, dealbo, candefacio. Ex ἀπὸ, & λευκὸς, *albus.*

Ἀπολήγω, f. ξω, deſino. Ἀλλά τε ϗ περὶ δȣρὶ πεπαρμένη ȣ̓κ ἀπολήγει ἀλκῆς, Il. 21, 577. Ex ἀπὸ, & λήγω, quod idem ſignificat.

Ἀποληκέω, ῶ, crepo, crepitum edo. Ex ἀπὸ, & ληκέω, *ſono.*

Ἀποληκυθίζω, f. ίσω, detraho ληκύθιον, ſeu ornamentum oratorium. Ex ἀπὸ, & ληκυθίζω, *pigmentis oratoriis exorno.*

Ἀποληρέω, ῶ, f. ήσω, nugor, deliro. Ex ἀπὸ, & ληρέω, *liro.*

Ἀπόληψις, εως, ἡ, receptio, retentio, recuperatio; (2) interclusio, ſuppreſſio. Ab ἀπολαμβάνω, *recipio.*

Ἀπολιβάζω, f. άξω, celeriter recedo. Οὐκ ἀπολιβάξεις, ὦ κάκιστ' ἀπολȣ́μενος; Ariſt. Av. 1473. Ab ἀπολείβω, *deſtillo.*

Ἀπολιγαίνω, ſtrepitum facio, turbas excito. Ἢν δ' ἀπολιγαίνῃ, τȣ̀ς ἀγορανόμȣς καλῶ, Ariſt. Ach. 973. Ab ἀπὸ, & λιγαίνω, *argutum ſono.*

Ἀπολιθόω, ῶ, f. ώσω, in lapidem verto, lapideſcere facio; ἀπολιθȣ͂μαι, lapideſco. Ex ἀπὸ, & λίθος, *lapis.*

Ἀπολίθωσις, εως, ἡ, mutatio in lapidem. Ab ἀπολιθόω.

Ἀπολιμπάνω, relinquo. Ab ἀπολείπω.

Ἀπολινόω, ῶ, f. ώσω, lino vincio. Ex ἀπὸ, & λινόω, *lino vincio.*

Ἀπολίνωσις, εως, ἡ, ligatio proprie quæ ſit lino. Ab ἀπολινόω.

Ἄπολις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, extorris, patria pulſus. Ex α priv. & πόλις, *urbs.*

Ἀπολισθαίνω, delabor; (2) non attingo, non adhæreſco. Ex ἀπὸ, & ὀλισθαίνω, *labor.*

Ἀπολισθέω, ῶ, f. ήσω, delabor; (2) lapſante greſſu, ut in loco lubrico, aberro ab eo, quod petebam; (3) non attingo, non adhæreſco; (4) labor. Ex ἀπὸ, & ὀλισθέω, *labor.*

Ἀπολιταργίζω, celeri gradu a foribus me proripio, celeriter aufugio, me abripio; ἀπολιθαργιῶ, f. 1. Att. pro ἀπολιθαργίσω. Ex ἀπὸ, λίτη, *janua*, & ἀργὸς, *celer.*

Ἀπολίτευτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, nequaquam civilis, non urbanus, ſine politia. Ex α priv. & πολιτεύω, *verſor in republica.*

Ἀπολίτης, ȣ, ὁ, qui civis eſſe deſiit. Alienus a reip. negotiis. Ab ἄπολις, *extorris.*

Ἀπολιτικὸς, ἡ, ὸν, qui non eſt πολιτικὸς, qui eſt reip. ignarus. Ab eod.

Ἀπολιχμάω, ῶ, f. ήσω, delambo, delingo. Ἐνταυθοῖ νῦν κεῖσο μετ' ἰχθύσιν, οἵ σ' ὠτειλῆς αἷμ' ἀπολιχμήσονται, ἀκηδέες, Il. 21, 123. Ex ἀπὸ, & λιχμάω, *lambo.*

Ἀπόλλυμι, ſ. ἀπολλύω, perdo, vaſto; f. 1. ἀπολέσω, f. 2. ἀπολῶ, p. ἀπολώλεκα, a. 1. ἀπώλεσα; ἀπόλλυμαι, pereo, intereo, diſpereo; ἀπώλετο, periit, Gl. V. a. 2. Τὸ μὲν σώζει τὰς πόλεις ϗ τἆλλα πάντα, τὸ δὲ ἀπόλλυσι ϗ ἀνατρέπει, Plat. Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν ȣ̓κ ἀπώλεσεν, Soph. El. 26. Ἀλλά με λόγοις ἀπώλλυς, ibid. 1376. Ex ἀπὸ, & ὄλλυμι, *perdo.*

Ἀπολογαριάζω, rationem ineo, computo. Ab ἀπολογίζομαι.

Ἀπολογαριασμὸς, ȣ͂, ὁ, ſupputatio. A præc.

Ἀπολογέομαι, ȣ͂μαι, f. ήσομαι, defendo ſermone; (2) excuſo. Ἀπολογεῖσθαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα, περί τινος, τῷ δήμῳ, ὑπέρ τινος. Εὐθυμότερον τὰ περὶ ἐμαυτȣ͂ ἀπολογȣ͂μαι, Act. 24, 10. Ex ἀπὸ, & λόγος, *ſermo.*

Ἀπολόγημα, ατος, τὸ, excuſatio; (2) refutatio. Ab ἀπολογέομαι.

Ἀπολογητικὸς, ἡ, ὸν, defenſorius, ad defenſionem pertinens. Ab eod.

Ἀπολογία, ας, ἡ, defenſio; excuſatio, purgatio, ſatisfactio, Ph. Ex ἀπὸ, & λόγος, *ſermo.*

Ἀπολογίζομαι, f. ίσομαι, rationes reddo, ſeu refero; (2) imputo, impenſum refero; (3) rationem ineo, ratione inita colligo. Καὶ τἆλλα διοικῶν ἀπελογίζετο κατ' ἐνιαυτὸν, Xen. Ex ἀπὸ, & λογίζομαι, *ratiocinor.*

Ἀπολογισμὸς, ȣ͂, ὁ, rationis redditio & relatio; (2) expenſi relatio; (3) rationum codex; (4) mentis abalienatio. Ab ἀπολογίζομαι.

Ἀπόλογος, ȣ, ὁ, narratio longa & verboſa; (2) fabula, apologus, narratio ficta. Ex ἀπὸ, & λόγος, *ſermo.*

Ἀπόλοιπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, reliquus. Ex ἀπὸ, & λοιπὸς, quod idem ſignificat.

Ἀπολολύζω, f. ύξω, clamore & vociferatione lætitiam præ me fero. Ex ἀπὸ, & ὀλολύζω, *ululo.*

Ἀπολȣ́ω, f. ȣ́σω, abluo. Πάτροκλον λȣ́σειαν ἄπο βρότον αἱματόεντα, Il. 18, 345. Ἀπόλȣσαι τὰς ἁμαρτίας σȣ, Act. 22, 16. Ex ἀπὸ, & λȣ́ω, *luo.*

Ἀπολοφύρομαι, ejulatibus proſequor, deploro. Ex ἀπὸ, & ὀλοφύρομαι, *ejulo.*

Ἀπολοχμόομαι, ȣ͂μαι, f. ώσομαι, frutico, fruticeſco, denſis fruticibus ſilveſco. Ex ἀπὸ, & λόχμη, *locus arboribus denſus & inde inſidiis aptus.*

Ἀπολυμαίνομαι, purgor; (2) corrumpo. Λαȣ̀ς δ' Ἀτρείδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν, Il. 1, 313. Ex ἀπὸ, & λυμαίνομαι, *corrumpo.*

Ἀπολυμαντὴρ, ῆρος, ὁ, corruptor, perniciem adferens, pernicies. Ab ἀπολυμαίνομαι.

Ἀπολύσιμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, liberativus, abſolutivus. Ab ἀπολύω.

Ἀπόλυσις, εως, ἡ, liberatio, abſolutio; (2) refutatio, (3) diſceſſus, profectio; (4) deceſſus, obitus. Ab eod.

Ἀπόλυτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſolutus, liber factus. Ab eod.

Ἀπολυτρόω, ῶ, f. ώσω, redimo; (2) accepto pretio dimitto. Χρημάτων ὀλίγων τὸν Ἕκτορος νεκρὸν ἀπελύτρωσας, Luc. Ex ἀπὸ, & λυτρόω, *ſolvo.*

Ἀπολύτρωσις, εως, ἡ, redemptio. Ab ἀπολυτρόω.

Ἀπολύτως, *Adv.* ſolute, libere; (2) abſolute. Ab ἀπόλυτος.

Ἀπολύω, f. ύσω, ſolvo, exſolvo, ſejungo; (2) abſolvo reum; (3) dimitto, remitto, do veniam abeundi; (4) libero, liberum reddo; & (5) ἀπολύομαι, diluo, refuto; (6) diſcedo, proficiſcor. Ἀπολύειν σαυτὸν αἰτίας, τὸν φονέα, τὰ κατηγορημένα, τὴν γυναῖκα. Ἐμὲ ἀπόλυσον ταύτης τῆς ἐπιμελείας, Xen. Ἀπολύεσθαι τὰς διαβολὰς, Plat. Ex ἀπὸ, & λύω, *ſolvo.*

Ἀπολωβάω, ῶ, f. ήσω, injuria adficio, contumelia laceſſo. Ex ἀπὸ, & λωβάω, *injuriam infero.*

Ἀπολωπίζω, f. ίσω, veſte exuo. Ex ἀπὸ, & λωπίζω, quod idem ſignificat.

Ἀπολωτίζω, detraho, avello, more eorum, qui lotum carpunt. Ex ἀπὸ, & λωτίζω, *lotum carpo.*

Ἀπολωφάω, ῶ, f. ήσω, ſedo, ceſſare facio. Ex ἀπὸ, & λωφάω, *reſpiro.*

Ἀπομαγδαλία, ας, ἡ, ſ. ἀπομαγδαλιὰ, ᾶς, ἡ, buccella, quam, manibus ea abſterſis, canibus projiciebant. Ab ἀπομάσσω, *abſtergo.*

Ἀπόμαγμα, ατος, τὸ, abſtergimentum, ſive id, quod ex abſterſione colligitur. Ab eod.

Ἀπομάθησις, εως, ἡ, doctrinæ oblivio. Ab ἀπομανθάνω, *dediſco.*

Ἀπονομαίνομαι, f. νοῦμαι, furo, inſanio; (2) furere, inſanire deſino. Ex ἀπὸ, & *μαίνομαι, furo.*

Ἀπομάκτης, ου, ὁ, abſterſor. Ab ἀπομάττω, *abſtergo.*

Ἀπομαλακίζομαι, f. ίσομαι, effeminatus ſum, ob mollitiem ad rem quampiam parum animatus ſum. Ex ἀπὸ, & μαλακίζω, *mollio.*

Ἀπομαλθακίζομαι, idem quod antecedens ἀπομαλακίζομαι. Ex ἀπὸ, & μαλθακίζω, *emollio.*

Ἀπομανθάνω, dediſco. Ὥστε ἀπέμαθον καὶ ταῦτα, ἃ πρὸ τοῦ ᾤμην εἰδέναι, Plat. Ex ἀπὸ, & μανθάνω, *diſco.*

Ἀπομαντεύομαι, divino. Ex ἀπὸ, & μαντεύομαι, quod idem ſignificat.

Ἀπόμαξις, εως, ἡ, abſterſio. Ab ἀπομάσσω.

Ἀπομαραίνω, tabefacio; ἀπομαραίνομαι, deficio, collabor. Ex ἀπὸ, & μαραίνω, *marceſcere facio.*

Ἀπομαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, teſtor, atteſtor. Ex ἀπὸ, & μαρτυρέω, *teſtor.*

Ἀπομάσσω, vel ἀπομάττω, f. ξω, abſtergo, exprimo, effingo, repræſento. Καὶ τὸν κονιορτὸν τὸν κολληθέντα ἡμῖν ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν ἀπομασσόμεθα ὑμῖν, Luc. 10, 11. Ex ἀπὸ, & μάσσω, *abſtergo, tango.*

Ἀπομαστιγόω, ῶ, f. ώσω, flagello, vehementer flagello. Ex ἀπὸ, & μαστιγόω *flagello.*

Ἀποματαΐζω, f. ίσω, crepitum ventris emitto. Ex ἀπὸ, & μαστιγόω, *flagello.*

Ἀποματαΐζω, f. ίσω, crepitum ventris emitto. Ex ἀπὸ, & ματαΐζω, *ineptio.*

Ἀπομάχομαι, propugno, propulſo hoſtes, pugnam ſuſtineo, depugno. Ex ἀπὸ, & μάχομαι, *pugno.*

Ἀπόμαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui eſt extra pugnam; (2) pugnæ inutilis. Ex ἀπὸ, & μάχη, *pugna.*

Ἀπομεθύσκομαι, ebrius eſſe deſino, ebrietate liberor, R. Ex ἀπὸ, & μεθύσκω, *ebrium reddo.*

Ἀπομειλίσσω, vel ίττω, f. ίξω, demulceo, delinio, placo. Ex ἀπὸ, & μειλίσσω, *demulceo.*

Ἀπομείρομαι, f. ροῦμαι, præbeo, diſtribuo; (2) ſortior. Ἠῶς γάρ τ' ἔργοιο τρίτην ἀπομείρεται αἶσαν, Heſiod. Ἔργ. 576. Ex ἀπὸ, & μείρομαι, *partior.*

Ἀπομείωσις, εως, ἡ, diminutio. Ex ἀπὸ, & μείωσις, quod idem ſignificat.

Ἀπομελαίνω, denigro, nigrum reddo. Ex ἀπὸ, & μελαίνω, *denigro.*

Ἀπόμελι, ιτος, τὸ, decoctum dulciſſimorum favorum aceto mixtorum. Ex ἀπὸ, & μέλι, *mel.*

Ἀπομέμφομαι, f. ψομαι, accuſo, incuſo; (2) reprehendo. Ἀπομεμφομένων θ' ἑτέρων αὐτὸν ἐπὶ ταῖς παραβάσεσι τῶν ὅρκων, Plut. Ex ἀπὸ, & μέμφομαι, *reprehendo.*

Ἀπομένω, f. ενῶ, remaneo; (2) permaneo; (3) maneo. Ex ἀπὸ, & μένω, *maneo.*

Ἀπομερίζω, f. ίσω, diſpertio, divido, ſeparo; tribuo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & μερίζω, *divido.*

Ἀπομερμηρίζω, f. ίσω, depoſitis curis dormio. Ex ἀπὸ, & μερμηρίζω, *anxie cogito.*

Ἀπομετρέω, ῶ, f. ήσω, metior, dimetior; Gl. V. demetior. Ex ἀπὸ, & μετρέω, *metior.*

Ἀπομέτρημα, ατος, τὸ, demenſum, Ph. A præc.

Ἀπομηκύνω, f. υνῶ, longum facio, produco. Ex ἀπὸ, & μηκύνω, *longum facio.*

Ἀπομηνίω, f. ίσω, iraſcor. Κεῖτ', ἀπομηνίσας Ἀγαμέμνονι, ποιμένι λαῶν, Il. 2, 772. Ex ἀπὸ, & μῆνις, *ira.*

Ἀπομίγνυμι, f. ίξω, miſceo, commiſceo. Ex ἀπὸ, & μίγνυμι, *miſceo.*

Ἀπομιμέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, imitor, effingo. Ἀπομιμεῖται βροντὰς καὶ κεραυνοὺς, Plut. Ex ἀπὸ, & μιμέομαι, *imitor.*

Ἀπομίμησις, εως, ἡ, imitatio, expreſſio ad exemplar alicujus. Ab ἀπομιμέομαι.

Ἀπομιμνήσκομαι, f. μνήσομαι, recordor. Τῷ οἱ ἀπεμνήσαντο καὶ ἐν θανάτοιό περ αἴσῃ, Il. 24, 428. Ab ἀπομνάομαι.

Ἀπόμιξις, εως, ἡ, commiſtio. Ab ἀπομίγνυμι.

Ἀπόμισθος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui merces non datur, cui merces, aut ſtipendium detrahitur; (2) mercede aliquid faciens, mercenarius. Ex ἀπὸ, & μισθὸς, *merces.*

Ἀπομισθόω, ῶ, f. ώσω, merce abloco; Gl. V. eloco; (2) conduco. Ab ἀπόμισθος.

Ἀπομίσθωμα, ατος, τὸ, res mercede conducta, aut locata. Ab ἀπομισθόω.

Ἀπομνάομαι, ῶμαι, f. ήσομαι, recordor; (2) memorem me oſtendo beneficii referendo gratiam. Ex ἀπὸ, & μνάομαι, *memini.*

Ἀπομνημόνευμα, ατος, τὸ, dictum memorabile; (2) res, quæ memoratur, hiſtoria. Ab ἀπομνημονεύω.

Ἀπομνημονεύω, f. εύσω, recordor, reminiſcor; (2) memoriter recito; Gl. V. commemoro. Ex ἀπὸ, & μνημονεύω, *recordor.*

Ἀπομνησικακέω, ῶ, f. ήσω, memor ſum injuriæ; (2) non ſum memor injuriæ. Ex ἀπὸ, & μνησικακέω, *injuria non poſſum obliviſci.*

Ἀπόμνυμι, f. ἀπομνύω, f. ἀπομόσω, abjuro, jurejurando nego, ejuro. ἀπομόσαι, inficiari, dejerare, Gl. V. a. 1. Ἀπώμοσ' ἁγνοῦ Ζηνὸς ὕψιστον σέβας, Soph. Phil. 1278. Ex ἀπὸ, & ὄμνυμι, *juro.*

Ἀπόμοιρα, ας, ἡ, pars, portio. Ex ἀπὸ, & μοῖρα, *portio.*

Ἀπομονόω, ῶ, f. ώσω, derelinquo, deſero; (2) privo, ſeparo. Ex ἀπὸ, & μονόω, *ſolum facio.*

Ἀπόμοργμα, ατος, τὸ, quod eſt expreſſum ex alio; (2) quod eſt abſtergendo expreſſum. Ab ἀπομόργνυμι.

Ἀπομόργνυμι, f. ἀπομοργνύω, f. ξω, exprimo; (2) abſtergo; (3) lacrimor. Σπόγγῳ δ' ἀμφὶ πρόσωπα, καὶ ἄμφω χεῖρ', ἀπομόργνυ, Il. 18, 414. Ex ἀπὸ, & μόργνυμι, *abſtergo.*

Ἀπόμορξις, εως, ἡ, abſterſio; (2) expreſſio. Ab ἀπομόργνυμι.

Ἀπόμοσις, εως, ἡ, abjuratio, inficiatio. Ab ἀπόμνυμι.

Ἀπόμουσος, ου, ὁ καὶ ἡ, a Muſis alienus; (2) indoctus. Ex ἀπὸ, & Μοῦσα, *Muſa.*

Ἀπομύζουρις, ιδος, ἡ, fellatrix. Ex ἀπὸ, & μύζουρις.

Ἀπομυθέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, dehortor, diſſuadeo, prohibeo. Μάλα γάρ τοι ἔγωγε πόλλ' ἀπεμυθεόμην, Il. 9, 109. Ex ἀπὸ, & μῦθος, *verbum.*

Ἀπόμυιος, ου, ὁ, abactor muſcarum; (2) cognomen Jovis. Ex ἀπὸ, & μυῖα, *muſca.*

Ἀπομυκάομαι, ῶμαι, mugio. Ex ἀπὸ, & μυκάομαι, quod idem ſignificat.

Ἀπομυλλαίνω, intorqueo, incurvo. Ex ἀπὸ, & μυλλὸς, *curvus.*

Ἀπομυξία, ας, ἡ, id, quod emungendo detrahimus. Ab ἀπομύσσω.

Ἀπομύσσω, vel ἀπομύττω, f. ξω, mungo, emungo; (2) decipio. Ἀπομύσσειν τὴν ῥῖν τῇ χειρὶ, Epigr. Ex ἀπὸ, & μύσσω, *mungo.*

Ἀπομύω, f. ύσω, claudo, tego. Ex ἀπὸ, & μύω, *claudo.*

Ἀπομφολύγωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, bullas non excitans, non erumpens in bullas. Ex α priv. & πομφολυγόω, *bullo.*

Ἀπομωρόω, ῶ, fatuum reddo. Ex ἀπὸ, & μωρὸς, *ſtultus, fatuus.*

Ἀπομωσία, ας, ἡ, abjuratio, inficiatio per jusjurandum. Ab ἀπόμνυμι.

Ἀπομωτικὸς, ή, όν, abjurativus. Ab eod.

Ἀπόμωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, q. d. abjurabilis; (2) vitandus, fugiendus. Ab eod.

Ἀποναίω, migro, ſedem muto, alio habitatum eo. Ex ἀπὸ, & ναίω, *habito.*

Ἀπόναμαι, vel ἀπόνημι, f. ἀπονήσομαι, utilitatem ex aliqua re capio, fruor. Μηδ ποτ' ἀγλαΐας ἀποναίατο τοιάδ' ἀνύσαντες ἔργα, Soph. El. 213. Σὺ δὲ τῶνδ' ἀπόναιο, Il. 24, 556. Ex ἀπὸ, & ὄνημι, fruor.

Ἀπονάω, f. άσω, commigro, ad habitandum me confero; (2) migrare facio. Ἀτὰ οἱ περικαλλέα κούρην ἂψ ἀπονάσσωσιν, Il. 16, 86. Ex ἀπὸ, & νάω, *habito.*

Ἀπονόμησις, εως, ἡ, diſtributio; attributio, adſignatio, deputatio, Ph. Ab ἀπονέμω,

Ἀπονεμητὴς, οῦ, ὁ, diſtributor, Gl. V. Ab eod.

Ἀπονέμω, f. μῶ, tribuo, attribuo, adſigno, diſpertio, Gl. V. ἀπονεμηθεὶς, deputatus, Ph. a. 1. part. paſſ. ἀπονενεμημένος, deputatus, tributus, Gl. V. p. part. paſſ. Ἀπονέμειν χάριν τινὶ, agere gratias; εὐεργεσίαν, referre; ἑκάστῳ τὸ κατ' ἀξίαν, συγγνώμην τινὶ, tribuere. Εἶτ' ἀπονέμοντ' ἐνταῦθα τὰ ψηφίσματα, Ariſt. Av. 1294. Τῷ γυναικείῳ ἀπονέμοντ τιμὴν, 1 Pet. 3, 7. Ex ἀπὸ, & νέμ *tribuo.*

Ἀπονενοημένως, *Adv.* temere, ſtulte. Ab ἀπονενοημένος, quod eſt ab ἀπονοέω, *deſipio.*

Ἀπονέομαι, f. νήσομαι, abeo; (2) redeo, revertor. Ex ἀπὸ, & νέω, *eo.*

Ἀπονεοττεύω, f. εύσω, nidifico; (2) nidificationem relinquo. Ex ἀπὸ, & ν οττεύω, *nidifico.*

Ἀπονευρόω, ῶ, f. ώσω, enervo, nervos incido. Ex ἀπὸ, & νευρόω, *nervos adhib*

Ἀπονεύρωσις, εως, ἡ, enervatio, nervorum inciſio; (2) coitio multorum nervorum; (3) tendo. Ab ἀπονευρόω.

Ἀπονεύω, f. εύσω, abnuo, reſpuo, averſor; (2) nuto, ad ruinam inclino, declin flecto, vergo, inclino. Ἀπονεύειν πρ τὸν αἰθέρα, Philo; πρὸς τὴν γεωμετρίαν, Pla Ex ἀπὸ, & νεύω, *inclino.*

Ἀπόνημαι, f. ονήσομαι, utilitatem ex aliq re capio; (2) fruor. Σὺ δὲ τῶνδ' ἀπόναιο, Il. 24, 556. Ex ἀπὸ, & ὄνημαι, juv

Ἀπόνηρος, ου, ὁ καὶ ἡ, minime malus, no depravatus, noxa carens. Ex α priv. & πονηρὸς, *malus.*

Ἀπονητὶ, *Adv.* facile, ſine labore. A ἀπόνητος.

Ἀπόνητος, ου, ὁ καὶ ἡ, illaboratus; (2) labore carens, facilis. Ab ἄπονος.

Ἀπονήχομαι, f. νήξομαι, nato; (2) ena Ἀπονήξασθαι πρὸς ῥεῦμα, Plut. Ex ἀπ & νήχομαι, *nato.*

Ἀπονία, ας, ἡ, vacatio a labore; (2) aversatio laboris, laborum detrectatio; (3) deſidia, inertia. Ab ἄπονος.

Ἀπονίζω, f. ίσω, abluo, abſtergo. Τὴν ἀπονίζουσα φρασάμην, agnovi, Odyſſ. 23, 7 Αὐτοὶ δ' ἱδρῶ πολλὸν ἀπενίζοντο θαλάσ ἐσβάντες, Il. 10, 572. Ex ἀπὸ, & νίζω, la

Ἀπονικάω, f. ήσω, vinco, ſupero. Ex ἀπ & νικάω, quod idem ſignificat.

Ἀπόνιμμα, ατος, τὸ, malluvium. ἀπονίπτω.

Ἀπόνιπτρον, ου, τὸ, idem & ab eod.

Ἀπονίπτω, f. ψω, abſtergo, abluo. Ἀλλά μ ἀμφίπολοι ἀπονίψατε, Odyſſ. 19, 31 Ἀλλ' ἐγὼ μὲν ἀποτρέχων, ἀπονίψομ Ariſt. Av. 1168. Ex ἀπὸ, & νίπτω

Ἀπονοιόομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, nihil penſi habeo, mentem & intellectum abjicio; (2) inſoleſco, veſana quadam mente efferor; ἀπονενοημένος, temerarius, demens, deſperatus, Gl. V. Ex ἀπὸ, & νόος, *mens.*

Ἀπονοέω. Gl. V. ἀπονοῶ, amento. Ex ἀπὸ, & νοῦς.

Ἀπόνοια, ας, ἡ, amentia, vecordia. Ph. dementia; (2) veſana confidentia, inſolentia & animi elatio; contumacia, Ph. Ex iiſdem.

Ἀπονομάζω, f. άσω; denomino, appello. Ex ἀπὸ, & ὀνομάζω, *nomino.*

Ἀπονομὴ, ῆς, ἡ, partitio, diſtributio. Ab ἀπονέμω.

Ἄπονος, ου, ὁ καὶ ἡ, labore carens; (2) minime impeditus; (3) lenis; (4) non dolens; (5) facilis. Ex α priv. & πόνος, *labor.*

Ἀπονοστέω, ῶ, f. ήσω, redeo, revertor. Μή δ' ἀπὸ δυσφήμοιο τάφου ἀπονοστήσαντα, Heſiod. Ἐργ. 733. Ἂψ ἀπονοστήσειν προτὶ Ἴλιον ἠνεμόεσσαν, Il. 8, 499. Ex ἀπὸ, & νοστέω, *revertor.*

Ἀπονόστησις, εως, ἡ, reverſio, reditus. Ab ἀπονοστέω.

Ἀπονοσφίζω, f. ίσω, ſeparo, ſejungo; (2) privo. Ὁ ξυλλαβών με, κἀπονοσφίσας ὅπλων. Soph. Phil. 970. Ex ἀπὸ, & νοσφίζω, *ſeparo.*

Ἀπονυκτερεύω, f. εύσω, pernocto foris, abnocto. Ex ἀπὸ, & νυκτερεύω, *noctu quid facio.*

Ἀπονύμφης, ου, ὁ, qui a contrahendis ſponſalibus, h. e. ducenda uxore abhorret; (2) qui mulierum commercio non delectatur. Ex ἀπὸ, & νύμφη, *ſponſa.*

Ἀπόνυμφος, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Ἀπονυστάζω, f. άξω, obdormiſco, dormito; (2) negligenter aliquid facio; (3) ſecubo, foris cubo. Ex ἀπὸ, & νυστάζω, *dormito.*

Ἀπονυχίζω, f. ίσω, ungues reſeco. Ex ἀπὸ, & ὀνυχίζω, *ungues præcido.*

Ἀπονύχισμα, ματος, τὸ, unguium reſegmen. Ab ἀπονυχίζω.

Ἀπόνως, *Adv.* facile, ſine labore. Ab ἄπονος.

Ἀπονωτίζω, exdorſuo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & νῶτος, *dorſum.*

Ἀπόξενος, ου, ὁ καὶ ἡ, inhoſpitalis, inhoſpitus. Ex ἀπὸ, & ξένος, *hoſpes.*

Ἀποξενόω, ῶ, f. ώσω, peregre abigo, expello; (2) facio exſulem, in exſilium ablego; (3) abalieno; (4) abdico; ἀποξενόομαι, οῦμαι, extra patriam dego, peregrinor; (2) reus agor peregrinitatis; (3) externum me ſimulo. Ἀπεξενοῦντο πολὺν χρόνον ἔξω τῆς οἰκίας, Ariſtot. Ab ἀπόξενος.

Ἀποξένωσις, εως, ἡ, peregrinatio, migratio in externam regionem; (2) commoratio extra patriam. Ab ἀποξενόω.

Ἀποξέω, f. ήσω, abrado; dedolo, Gl V. (2) polio, expolio. Ex ἀπὸ, & ξέω, *rado.*

Ἀποξηραίνω, exſicco, arefacio; ἀποξηραίνομαι, exareſco, Gl. V. Ex ἀπὸ, & ξηραίνω, *ſicco.*

Ἀποξυλίζω, f. ίσω, lignum, ſeu quod eſt ligneum detraho; (2) ligno ſpolio. Ex ἀπὸ, & ξυλίζω, *lignor.*

Ἀποξύνω, f. υνῶ, acidum reddo; (2) acutum reddo, exacuo; ὀξύνομαι, aceſco. Ἀποξύνουσι ἐρετμὰ, Odyſſ. 6, 269. Ex ἀπὸ, & ὀξύνω, *acuo.*

Ἀποξυράω, ῶ, f. ήσω, novacula rado, detondeo. Ex ἀπὸ, & ξυράω, *rado novacula.*

Ἀποξυρέω, ῶ, f. ήσω, idem. Ὅς ἐμ' ἀπεξύρησε πρῶτον, Ariſt. Θεσμ. 1052. Ex ἀπὸ, & ξυρέω, *novacula rado.*

Ἀποξύρομαι, rador, detondeor. Ex ἀπὸ, & ξύρομαι, *rador.*

Ἀπόξυρος, ου, ὁ καὶ ἡ, abraſus; (2) exeſus. Ex ἀπὸ, & ξυρὸς, *acutus, aptus ad radendum.*

Ἄποξυς, εως, ὁ καὶ ἡ, acuminatus, mucronatus, in mucronem faſtigiatus. Ex ἀπὸ, & ὀξὺς, *acutus.*

Ἀπόξυσμα, ατος, τὸ, quod abraſum eſt, ramentum. Ab ἀποξύω.

Ἀποξυστρόω, ῶ, f. ώσω, hebeto, aciem aufero. Ab eod.

Ἀποξύω, f. ύσω, abrado, derado; (2) deſtringo; (3) abſtergo; (4) lævigo; (5) detraho. Γῆρας ἀποξύσας, Il. 9, 446. Ex ἀπὸ, & ξύω, *rado.*

Ἀποπαίζω, f. ξω & σω, ludo, luſito. Ex ἀπὸ, & παίζω, *ludo.*

Ἀποπαλαιόω, ῶ, f. ώσω, abrogo, antiquo. Ex ἀπὸ, & παλαιόω, *antiquum reddo.*

Ἀποπάλλω, evibro, ejaculor. Ex ἀπὸ, & πάλλω, *vibro.*

Ἀπόπαππος, ου, ὁ, abavus. Ex ἀπὸ, & πάππος, *avus.*

Ἀποπαππόω, ῶ, in pappos verto. Ex ἀπὸ, & πάππος, *lanugo.*

Ἀποπαρθενεύω, f. εύσω, idem, quod ſequens ἀποπαρθενόω. Ex ἀπὸ, & παρθενεύω, *in virginitate dego.*

Ἀποπαρθενόω, ῶ, devirgino, virginitate privo. Ex ἀπὸ, & παρθένος, *virgo.*

Ἀπόπαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui non guſtavit, jejunus. Ex ἀπὸ, & πάω, *guſto.*

Ἀποπατέω, ῶ, f. ήσω, a via recedo, a via deflecto; (2) ventrem exonero, caco, excerno. Ex ἀπὸ, & πατέω, *calco.*

Ἀποπάτημα, ατος, τὸ, excrementum, quod ejectum eſt, merda. Ab ἀποπατέω.

Ἀπόπατος, ου, ὁ, ſeceſſus, quem quærimus ad levandum ventrem, locus, ubi venter exoneratur; (2) evacuatio ventris. Ab eodem.

Ἀποπαύω, f. αύσω, ceſſare facio, compeſco, cohibeo; ἀποπαύομαι, deſiſto, deſino. Ἤ μιν ἔπειτ' ἀποπαύσει ἐς ὕστερον ὁρμηθῆναι, Odyſſ. 12, 126. Οὐδέποτ' ἐκ καμάτων ἀποπαύσομαι, ceſſabo, Soph. El. 233. Ex ἀπὸ, & παύω, *ceſſo.*

Ἀπόπειρα, ας, ἡ, experimentum; (2) conatus, inceptum. Ex ἀπὸ, & πεῖρα, *conatus.*

Ἀποπειράζω, f. άσω, tento, periculum facio; (2) conor, nitor. Ἀποπειράζοντας τῶν ἀγραυλέντων, Ariſtot. Ab ἀπόπειρα.

Ἀποπειράω, ῶ, f. άσω, experior, periclitor, exploro. Ἀποπειρᾶσθαι γνώμης τινος, τῶν μαντείων, τόπου. Τοδὶ δ' αὖθις ἀποπειράσομαι, Ariſt. Ran. 667. Ἀποπειρᾶσαι ταῖς ναυσὶν ἐβούλοντο, Thuc. Ab eod.

Ἀποπέκω, f. ξω, detondeo. Ex ἀπὸ, & πέκω, *tondeo.*

Ἀποπελεκάω, ῶ, f. ήσω, ſecuri aufero; (2) ſecuri dolo & complano. Πελεκᾶντες, οἳ τοῖς ῥύγχεσιν ἀπεπελέκησαν τὰς πύλας, Ariſt. Av. 1161. Ex ἀπὸ, & πελεκάω, *ſecuri cædo.*

Ἀπόπεμπτος, ου, ὁ καὶ ἡ, dimiſſus; (2) dignus, qui rejiciatur ob improbitatem. Ab ἀποπέμπω.

Ἀποπεμπτόω, ῶ, f. ώσω, quintam partem perſolvo. Ex ἀπὸ, & πεμπτὴ, *quinta pars.*

Ἀποπέμπω, f. ψω, dimitto, poteſtatem abeundi concedo; (2) dimitto cum comitatu; (3) amando, ablego; (4) in exſilium mitto; (5) remitto; (6) emitto, evulgo; (7) rejicio, repudio; (8) non agnoſco. Ἀποπέμπειν τινὰ ἐς τὸν τόπον, ἐξόφθαλμῶν τὰ πόῤῥωτ' ἐκ τόπου, evulgare, Ariſt. Ran. 361. Κἀπιπεμπόμην πρὸς ταῦτα, καὶ τὸ πᾶν φράσω, hac de cauſa, Soph. El. 682. Ex ἀπὸ, & πέμπω, *mitto.*

Ἀπόπεμψις, εως, ἡ, dimiſſio; (2) miſſio; (3) rejectio, repudiatio; (4) repudium. Ab eod.

Ἀποπενθέω, ῶ, f. ήσω, lugeo; (2) elugeo. Ex ἀπὸ, & πενθέω, *lugeo.*

Ἀποπεραίνω, f. ανῶ, ad finem perduco, efficio, perago. Ex ἀπὸ, & περαίνω, *finio.*

Ἀποπερατόω, ῶ, f. ώσω, idem. Ex ἀπὸ, & περατόω, *finio.*

Ἀποπεράω, ῶ, trajicio alicunde. Ex ἀπὸ, & περάω, *trajicio.*

Ἀποπέρδω, f. 2. ἀποπαρδῶ, crepitum ventris emitto. Ex ἀπὸ, & πέρδω, *pedo.*

Ἀποπερισπάω, ῶ, f. άσω, averto; (2) circumductum abſtraho. Ex ἀπὸ, περὶ, & σπάω, *traho.*

Ἀποπέτομαι, avolo; (2) revolo. Εἰς τἀπὶ Θρᾴκης ἀποπέτου, κἀκεῖ μάχου, Ariſt. Av. 1375. Οἴκαδ' οἴκαδ' ἀποπετώμεθα, id. Pace, 719. Ἀποπετήσει θᾶττον εἰς Ἐλύμνιον, ibid. 1135. Ex ἀπὸ, & πέτομαι, *volo.*

Ἀποπεφασμένως, *Adv.* palam, manifeſte. Ab ἀποπεφασμένος, quod eſt ab ἀποφαίνω, *oſtendo.*

Ἀποπήγνυμι, f. ξω, frigore cogo & adſtringo, concreſcere facio. Εὐθὺς γὰρ ἀποπήγνυσι τἀντικνήμια, Ariſt. Ran. 126. Ex ἀπὸ, & πήγνυμι, *compingo.*

Ἀποπηδάω, ῶ, f. ήσω, deſilio; (2) reſilio; (3) aufugio, celeriter abſcedo. Ἀποπηδᾷ ἀπὸ τοῦ πυρὸς, Theophr. Ex ἀπὸ, & πηδάω, *ſalio.*

Ἀποπιέζω, f. έσω, exprimo, comprimo. Ex ἀπὸ, & πιέζω, *premo.*

Ἀποπίεσμα, ατος, τὸ, retrimentum ab expreſſo ſucco reliquum. Ab ἀποπιέζω.

Ἀποπίμπλημι, f. πλήσω, impleo, expleo; (2) ſatio, ſaturo. Ex ἀπὸ, & πίμπλημι, *expleo.*

Ἀποπινόω, ῶ, f. ώσω, ſordibus emaculo; (2) ſordibus inquino. Ex ἀπὸ, & πινόω, *inquino.*

Ἀποπίπτω, decido. Ἐπεί κέ τις ἀποπέσῃσιν ὁρμαθοῦ ἐκ πέτρης, Odyſſ. 24, 7.

Ἀποπιστεύω, f. εύσω, fido, credo. Ex ἀπὸ, & πιστεύω, *credo.*

Ἀποπλάζω, f. γξω, a. 1. paſſ. ἀπεπλάγχθην, aberrare, vel evagari facio; ἀποπλάζομαι, aberro, evagor. Ἡ μὲν ἀποπλαγχθεῖσα, χαμαὶ πέσε, Il. 13, 578. Ex ἀπὸ, & πλάζω, *errare facio.*

Ἀποπλανάω, ῶ, f. ήσω, aberrare facio, evagor; (2) impello in errorem, decipio; ἀποπλανῶμαι, aberro. Ἀποπλανᾷν τῆς ὑποθέσεως, ἀπὸ τῆς ὑποθέσεως. Ἀποπλανᾷν οὐ βούλομαι τὸν λόγον, Luc. Ἀπεπλανήθησαν ἀπὸ τῆς πίστεως, 1 Tim. 6, 10. Ex ἀπὸ, & πλανάω, *a recta via abduco.*

Ἀποπλάνησις, εως, ἡ, aberratio, evagatio; (2) Figura certa rhetorica. Ab ἀποπλανάω.

Ἀπόπλανος, ου, ὁ, erro, impoſtor. Ex ἀπὸ, & πλάνος, *erro, impoſtor.*

Ἀποπλέω, f. εύσω, navi diſcedo, ſolvo. Ex ἀπὸ, & πλέω, *navigo.*

Ἀποπλήθω, f. ήσω, impleo, expleo; (2) ſaturo, ſatio. Ex ἀπὸ, & πλήθω, *impleo.*

Ἀποπληκτικὸς, ἡ, ὸν, attonitus; (2) ad apoplexiam pertinens. Ab ἀπόπληκτος.

Ἀπόπληκτος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui laborat apoplexia; (2) inſanus, amens, attonitus. Ab ἀποπλήσσω, *percutio, attonitum reddo.*

Ἀποπλήκτως, *Adv.* inſane, ſtupide, ſtolide. Ab ἀπόπληκτος.

Ἀποπληρόω, ῶ, f. ώσω, impleo, compleo; (2) perficio, præſto; (3) expleo, ſatio, ſaturo. Ex ἀπὸ, & πληρόω, *impleo*.

Ἀποπλήρωσις, εως, ἡ, expletio. Ab ἀποπληρόω.

Ἀποπληρωτὴς, οῦ, ὁ, qui aliquid complet ac perficit, exſecutor. Ab eod.

Ἀποπλήσσω, vel ἀποπλήττω, f. ξω, percutio; (2) repercutio; (3) attonitum reddo, perterrefacio. Ex ἀπὸ, & πλήσσω, *percutio*.

Ἀποπλίσσομαι, vel ἀποπλίττομαι, f. ξομαι, abſilio, ſaltu me proripio, ſeu aufugio. Ex ἀπὸ, & πλίσσω, *gradior*.

Ἀπόπλοος, *contr. uſitatius* ἀπόπλους, ου, ὁ, diſceſſus, proprie navi. Ab ἀποπλέω.

Ἀποπλουτέω, ῶ, f. ήσω, divitias amitto, divitias abſumo, vel profundo. Ex ἀπὸ, & πλοῦτος, *divitiæ*.

Ἀποπλύνω, f. υνῶ, abluo. Οἱ δὲ ἁλιεῖς ἀποβάντες ἀπ᾽ αὐτῶν ἀπέπλυναν τὰ δίκτυα, Luc. 5, 2. Ex ἀπὸ, & πλύνω, *lavo*.

Ἀπόπνευσις, εως, ἡ, exhalatio, exſpiratio. Ab ἀποπνέω.

Ἀποπνέω, f. εύσω, efflo, exhalo, ſpiro. Gl. V. redoleo, proſpiro; (2) efflo animam, morior; (3) pedo, flatum ventris emitto. Δεινὸν ἀποπνείουσα, πυρὸς μένος αἰθομένοιο, Heſiod. Θεογ. 324. Θυμὸν ἀποπνείων, Il. 4, 524. Ex ἀπὸ, & πνέω, *ſpiro*.

Ἀποπνίγω, f. ξω, ſuffoco, ſtrangulo; (2) vexo, diſcrucio; (3) abſorbeo. Ὅθ᾽ οὑτοσί με νῦν ἀποπνῖξαι βούλεται, Ariſt. Veſp. 1128. Ex ἀπὸ, & πνίγω, *ſuffoco*.

Ἀποπνοὴ, ῆς, ἡ, exhalatio, exſpiratio, efflatio. Ab eodem.

Ἀπόπνοια, ας, ἡ, flatus, exhalatio. Ab eod.

Ἀποποιέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, abduco, rejicio, alienum a me facio. Gl. V. ἀποποιοῦμαι, ablego; (2) improbo, non admitto, repudio; (3) renuncio alicui amicitiam. Ex ἀπὸ, & ποιέω, *facio*.

Ἀποποίησις, εως, ἡ, abdicatio, rejectio, repudiatio. Ab ἀποποιέομαι.

Ἀποπομπαῖος, αία, αῖον, depulſorius, ad pellendum aptus; (2) depulſor malorum; (3) emiſſarius, de hirco *Levit.* XVI. Ab ἀποπέμπω.

Ἀποπομπέω, ῶ, depello prodigia. Ab eod.

Ἀποπομπὴ, ῆς, ἡ, dimiſſio; (2) miſſio; (3) rejectio, repudiatio; (4) ablegatio; (5) procuratio, aut depulſio prodigii, ſceleris; (6) ſtatus dies, quo ſacrificabatur. Ab eod.

Ἀποπονέω, ῶ, f. ήσω, finem laborandi facio, laborare deſino. Ἀλλ᾽ οὐκ ἔτ᾽ οὐδὲν πρᾶγμά σοι, τὰ πλεῖστα γὰρ ἀποπεπόνηκας, Ariſt. Θεσμ. 252. Ex ἀπὸ, & πονέω, *laboro*.

Ἀποπορδὴ, ῆς, ἡ, crepitus ventris. Ab ἀποπέρδω, *pedo*.

Ἀποπορεία, ας, ἡ, abitus, diſceſſus; (2) reditus, reverſio. Ab ἀποπορεύομαι.

Ἀποπορεύομαι, f. εύσομαι, diſcedo, abſcedo, abeo, tranſeo. Ἀποπορεύεσθαι πρὸς τοὺς ἐναντίους, Ariſt. Ex ἀπὸ, & πορεύομαι, *eo*.

Ἀποπορευτέον, abeundum eſt. Ab ἀποπορεύομαι.

Ἀποπρεσβεία, ας, ἡ, expoſitio actorum in legatione; (2) renunciatio legationis. Ab ἀποπρεσβεύω.

Ἀποπρεσβεύω, f. εύσω, acta in legatione expono. Ex ἀπὸ, & πρεσβεύω, *legatione fungor*.

Ἀποπρίαμαι, emo. Ex ἀπὸ, & πρίαμαι, *emo*.

Ἀπόπρισμα, ατος τὸ, ſcobs, ſcobis, Gl. V. A ſeq.

Ἀποπρίω, f. ίσω, ſerra deſeco, ſerra abſcindo. Ex ἀπὸ, & πρίω, *ſerro*.

Ἀποπρὸ, *Adv.* procul. Ex ἀπὸ, & πρό.

Ἀπόπροθε, ſ. ἀπόπροθεν, e longinquo, eminus; (2) ſine. Ab ἀποπρό.

Ἀπόπροθι, *Adv.* procul, longe. Ab eod.

Ἀποπροΐημι, emitto. Τὸν δὲ τέταρτον ἀποπροέηκε πόλινδε, Odyſſ. 14, 26. Ἰὸν ἀποπροϊεὶς βάλλε στῆθος παρὰ μαζὸν, ib. 22, 82. Ex ἀπὸ, & προΐημι, *mitto*.

Ἀποπρολείπω, relinquo longe. Ex ἀπὸ, & προλείπω, *relinquo*.

Ἀποπρονοσφίζω, f. ίσω, ſeparo a. Ex ἀπὸ, πρὸ, & νοσφίζω, *ſeparo*.

Ἀποπροσωπίζομαι, f. ίσομαι, faciem purgo, ſordes faciei abſtergo. Ex ἀπὸ, & πρόσωπον, *facies*.

Ἀποπροτέμνω, f. μῶ, abſcindo. Νώτου (ὑὸς) ἀποπροταμών, Odyſſ. 8, 475. Ab ἀπὸ, πρὸ, & τέμνω, *ſcindo*.

Ἀποπταίνω, reſpicio. Αὐτὰρ ἀποπταινέουσιν, ἐρωήσουσι δὲ χάρμης, Il. 14, 101. Ab ἀπὸ, & ὀπταίνω, *ſpecio, video*.

Ἀποπτερνίζω, f. ίσω, calce peto. Ex ἀπὸ, & πτέρνα, *calcaneum*.

Ἀποπτερύσσομαι, f. ξομαι, alas pando & quatio. Ex ἀπὸ, & πτερύσσομαι, *alis latera quatio*.

Ἀπόπτης, ου, ὁ, ſpectator, qui ex editiore loco aliquid ſpectat. Ab ἀπόπτομαι.

Ἀποπτοέω, ῶ, f. ήσω, exterrefacio, obſtupefacio. Ex ἀπὸ, & πτοέω, *terrefacio*.

Ἀπόπτολις, ιδος, ὁ ϗ ἡ, extorris, exſul. Ex ἀπὸ, & πόλις, *urbs*.

Ἀπόπτομαι, f. ψομαι, deſpicio, deſpecto, ex altiore loco adſpicio. Ex ἀπὸ, & ὄπτομαι, *video, adſpicio*.

Ἄποπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſpectari ex alto poteſt; (2) qui videri alicunde poteſt; (3) qui eminus conſpicitur. Ab ἀπόπτομαι.

Ἀποπτύρω, abſterreo, deterreo, Gl. V. Ex ἀπὸ, & πτύρω, *terreo*.

Ἀποπτυστὴρ, ῆρος, ὁ, aſpernator, contemptor. Ab ἀποπτύω.

Ἀπόπτυστος, ου, ὁ ϗ ἡ, aſpernandus, averſandus, deteſtandus. Ab eod.

Ἀποπτύω, f. ύσω, ſpuo, exſpuo; (2) reſpuo, averſor. Ἀποπτύει δ᾽ ἁλὸς ἄχνην, Il. 4, 426. Ex ἀπὸ, & πτύω, *ſpuo*.

Ἀπόπτωμα, ατος, τὸ, caſus, prolapſio, ruina. Ab ἀποπίπτω.

Ἀπόπτωσις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Ἀποπυδαρίζω, ſaltare nates calce feriendo. Ἀπεπυδάρισα μόθωνα, Ariſt. Eq. 694. Ab ἀπὸ, & πυδαρίζω, *calce nates ferio*.

Ἀποπυνθάνομαι, f. πεύσομαι, ſciſcitor ex aliquo, interrogo. Ex ἀπὸ, & πυνθάνομαι, *audio, interrogo*.

Ἀποπυρίας, ου, ὁ, ut ἀποπυρίας ἄρτος, panis, qui ſuper carbonibus coquitur. Ex ἀπὸ, & πῦρ, *ignis*.

Ἀποπυρίδες, ων, αἱ, piſces quidam. Ex iiſdem.

Ἀποπυρίζω, f. ίσω, ex igne edo, edo ex igne captum. Ex iiſd.

Ἀποπυρόω, ῶ, f. ώσω, inflammo, incendo; ἀποπυρέομαι, οῦμαι, igneſco. Ex iiſd.

Ἀποπυτίζω, f. ίσω, reſpuo, ſpuendo ejicio. vel eructo. Ἀποπυτίζει τὴν θάλασσαν, Ariſtot. Ab ἀποπτύω.

Ἀποραφανίδωσις, εως, ἡ, raphani in podicem intruſio, raphani per podicem trajectio, quæ pœna erat mœchorum. Ex ἀπὸ, & ῥαφανιδοῦσθαι, raphano in anum immiſſo cruciari, a ῥάφανος, *raphanus*.

Ἀποργὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, iracundus. Ex ἀπὸ, & ὀργὴ *ira*.

Ἀποργίζω, f. ίσω, irrito; & ἀποργίζομαι, iraſcor. Ex iiſd.

Ἀπορέγχω, f. γξω, deſterto. Ex ἀπὸ, & ῥέγχω, *ſterto*.

Ἀπορέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, dubito, perplexus ſum. Ἀπορούμενος δὲ ἐγὼ εἰς τὴν περὶ τούτου ζήτησιν, Act. 25, 20. Ex α priv. & πόρος, *ratio excogitata efficiendi aliquid*.

Ἀπόρευτος, ου, ὁ ϗ ἡ, per quem iter haberi nequit. Ex α priv. & πορεύομαι, *eo, proficiſcor*.

Ἀπορέω, ῶ, f. ήσω, ad anguſtias detruſus inexplicabiles hæſito, (2) dubito, æſtuo, neſcio, quo me vertam; (3) nequeo, non poſſum; (4) egeo, deſtitutus ſum. Ἀπορεῖν τῷ πράγματι, τὴν αἰτίαν· τινὸς, egere. Οὐδεὶς πώποτε λόγων ἠπόρησεν, Iſocr. Μήτιν᾽ ἀπορήσειν γεράων, Heſiod. Θεογ. 393. Ab ἄπορος.

Ἀπόρημα, ατος, τὸ, res, de qua quæritur, dubitatio in medium allata; (2) dubitatio. Ab ἀπορέω.

Ἀπορηματικὸς, ἡ, ὸν, dubitativus. Ab eodem.

Ἀπορητικὸς, ἡ, ὸν, qui dubitare ſolet, dubitator, hæſitator. Ab eod.

Ἀπόρθητος, ου, ὁ ϗ ἡ, inexpugnabilis; (2) incolumis. Ex ἀπὸ, & πέρθω, *dirno, everto*.

Ἀπορθόω, f. ώσω, erigo; (2) dirigo, directum reddo. Ex ἀπὸ, & ὀρθόω, *erigo*.

Ἀπόρθωσις, εως, ἡ, planatio, Gl. V. A præc.

Ἀπορία, ας, ἡ, inopia conſilii, res dubiæ & perplexæ, anxietas, anguſtia, difficultas; (2) inopia, egeſtas. Ab ἄπορος.

Ἀπορνεόω, ῶ, f. ώσω, in avem transformo, Ex ἀπὸ, & ὄρνις, *avis*.

Ἀπορνιθόω, ῶ, f. ώσω, idem & ex iiſd.

Ἀπορνίθωσις, εως, ἡ, converſio ſeu transformatio in avem. Ex ἀπορνιθόω.

Ἀπόρνυμι, excito, concito; & ὄρνυμαι, prodeo cum impetu, concitus alicunde feror, Εἰ ἐτεόν με ὦρσεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, ἀπορνύμενον Λυκίηθεν, Il. 5, 105. Ex ἀπὸ, & ὄρνυμι, *concito*.

Ἄπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, meatum non habens, per quem tranſitus non patet; (2) qui in difficultatibus conſtitutus nullum exitum invenire poteſt; (3) amens, ſtupidus, hebes; (4) qui fieri nequit, difficilis; (5) pauper, inops, egenus, indigus; (6) perplexus, dubius. Ex α priv. & πόρος, *via, tranſitus*.

Ἀπορούω, f. ούσω, proſilio, erumpo; (2) diſcedo. Ἰδαῖος δ᾽ ἀπόρουσε, λιπὼν περικαλλέα δίφρον, Il. 5, 20. Ex ἀπὸ, & ὀρούω, *irruo*.

Ἀποῤῥαθυμέω, ῶ, f. ήσω, pigreſco, ignavi impedior, quo minus aliquid ſuſcipiam. Ex ἀπὸ, & ῥαθυμέω, *remiſſo ſum anim*

Ἀποῤῥαίνω, ſpargo, adſpergo, irroro. Ἀποῤῥαίνειν τοῦ θοροῦ, Herodot. τὴν ὑγρότητα Ariſtot. Ex ἀπὸ, & ῥαίνω, *perfundo*.

Ἀποῤῥαίω, deſtruo; (2) careo. Μὴ γ ὅγ᾽ ἔλθοι ἀνὴρ ὅστις ἀέκοντα βίηφι κτήματ ἀποῤῥαίσει, Odyſſ. 1, 404. Τόν ῥ᾽ ἐθελο φθῖσαι, ϗ ἀποῤῥαῖσαι φίλον ἦτορ, Odyſſ. 16 428. Ex ἀπὸ, & ῥαίω, *profligo*.

Ἀποῤῥὰξ, id, quod amputatum, ſeu avulſum eſt. Ab ἀποῤῥάσσω.

Ἀπόῤῥαξις, εως, ἡ, modus ludendi pila, qu hæc fortiter ſolo alliſa ei remittebatur, q miſerat. Ab eod.

Ἀποῤῥάπτω, f. ψω, conſuo, conſuendo obſtruo. Ἀποῤῥάπτειν τὸ βαλάντιον, Plu τὸ στόμα, Æſchin. Ex ἀπὸ, & ῥάπτω, ſ

Ἀποῤῥάσσω, vel ἀποῤῥάττω, f. ξω, amputo, revello. Ex ἀπὸ, & ῥάσσω, alli dejicio.

Ἀποῤῥ

Ἀποῤῥαψῳδέω, ῶ, f. ήσω, metro dico, recito, canto. Ex ἀπὸ, & ῥαψῳδέω, *carmine decanto.*

Ἀποῤῥέω, f. εύσω, effluo, defluo; (2) emano, promano, profluo. Φήσας δ' ἀποῤῥεῖν φύλλα τ̃ στεφάνων, Dem. Ὅτȣ δ' ἀποῤῥεῖ μνῆστις εὖ πεπονθότος, beneficii, Soph. Aj. 523. Ex ἀπὸ, & ῥέω, *fluo.*

Ἀποῤῥήγνυμι, vel ἀποῤῥηγνύω, f. ξω, abrumpo, diſrumpo, frango; (2) abrumpo, divello; (3) erumpo. Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων, Il. 6, 507. Ἀποῤῥῆξαι τ̃ εἰρήνης τὴν συμμαχίαν, Æſch. Τὸν βίον, Eur. Ex ἀπὸ, & ῥήγνυμι, *frango.*

Ἀπόῤῥημα, ατος, τὸ, interdictum. Gl. V. deverbium. Ex ἀπὸ, & ῥέω, inuſ. *dico.*

Ἀπόῤῥησις, εως, ἡ, interdictio; (2) renunciatio. Ab eod.

Ἀποῤῥήσσω, vel ἀποῤῥήττω, f. ξω, idem quod ἀποῤῥήγνυμι. Ex ἀπὸ, & ῥήσσω, *frango, rumpo.*

Ἀπόῤῥητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vetitus, arcanus, inenarrabilis, ineffabilis, indignus dictu, ſeu narratu. Gl. V. nefandus; ἀπόῤῥητον, penetrale, ſecretum, arcanum, inauditum, nefandum, Ph. ἀπόῤῥητα, ſacra, Ph. arcana, al. Gl. V. Ab eod.

Ἀποῤῥήτως, *Adv.* clam, ſecreto; (2) ita, ut dici nequeat. Ab ἀπόῤῥητος.

Ἀποῤῥιγέω, ῶ, f. ήσω, exhorreo, extimeſco. Οἱ πατρὸς μὲν ἐς οἶκον ἀπεῤῥίγασι νέεσθαι, Odyſſ. 2, 52. Ex ἀπὸ, & ῥιγέω, *horreo.*

Ἀποῤῥιζόω, ῶ, f. ώσω, radicitus evello. Ex ἀπὸ, & ῥίζα, *radix.*

Ἀπόῤῥιμμα, ατος, τὸ, retrimentum, Gl. V. Ab ἀποῤῥίπτω.

Ἀποῤῥινάω, ῶ, f. ήσω, lima aufero, limo. Ex ἀπὸ, & ῥίνη, *lima.*

Ἀποῤῥιπίζω, f. ίσω, flatu diſcutio, depello, abigo. Ex ἀπὸ, & ῥιπίζω, *ventilo.*

Ἐνηχέω, ῶ, f. ήσω, inſono; (2) inculco, doceo. Ex ἐν, & ἠχέω, *ſono*.

Ἔνηχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſonans, ſonorus. Ex ἐν, & ἦχος, *ſonus*.

ἜΝΘΑ, *Adv.* hic; (2) ubi, illic; (3) ubi; (4) tum.

Ἐνθάδε, *Adv.* hic, iſthic; (2) huc. Ab ἔνθα.

Ἐνθαδὶ, Attice; idem & ab eod.

Ἐνθακέω, ῶ, f. ήσω, inſideo. Ex ἐν, & θακέω, *ſedeo*.

Ἐνθάκησις, εως, ἡ, inſeſſio. Ab ἐνθακέω.

Ἐνθαλασσεύω, vel ἐνθαλαττεύω, f. εύσω, in mari verſor, mare frequento, in mari navigo. Ex ἐν, & θάλασσα, *mare*.

Ἐνθάπτω, f. ψω, q. d. inſepelio in, vel intra. Ex ἐν, & θάπτω, *ſepelio*.

Ἐνθαρσέω, ῶ, & Attice ἐνθαῤῥέω, ῶ, confido, bono animo ſum in. Ab ἐν, & θαρσέω, *confido*.

Ἐνθεάζω, & ἐνθεάζομαι, limphor, divino ſpiritu adflatus ſum. Ab ἔνθεος.

Ἐνθεαϛικὸς, ὴ, ὸν, qui fanatico furore agitatur, fanaticus, numine adflatus, qui numine adflari ſolet. Ab eod.

Ἔνθεμα, ατος, τὸ, ſarculus, qui inſeritur arbori. Ab ἐντίθημι.

Ἐνθέμιον, ȣ, τὸ, interior pars puppis. Ab eod.

Ἔνθεν, *Adv.* hinc; (2) illinc. Ab ἔνθα.

Ἐνθένδε, *Adv.* idem, & exin. Ab eod.

Ἐντεῦθεν, *Adv.* idem & ab eod.

Ἔνθεος, & ἔνθȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, numine adflatus, divinus, fanaticus. Ex ἐν, & θεὸς, *Deus*.

Ἐνθερίζω, f. ίσω, æſtatem in aliquo loco dego, per æſtatem moror. Ex ἐν, & θερίζω, *meto*.

Ἐνθερμαίνω, f. νῶ, incaleo. Εἴπερ ἐντεθέρμανται πόθῳ, incenſus ſit, Soph. Trach. 372.

Ἔνθερμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, calidus, æſtuoſus, fervidus. Ex ἐν, & θερμὸς, *calidus*.

Ἔνθεσις, εως, ἡ, interpoſitio, inſertio; (2) bolus, buccella. Ab ἐντίθημι.

Ἔνθεσμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui eſt intra leges; (2) legitimus, licitus, legi conveniens. Ex ἐν, & θεσμὸς, *lex*.

Ἐνθέσμως, *Adv.* legitime, ut fas eſt. Ab ἔνθεσμος.

Ἔνθετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, inſitus. Ab ἐντίθημι.

Ἐνθέως, ſancte, pie; (2) furioſe. Ab ἔνθεος.

Ἐνθηλυπαθέω, ῶ, f. ήσω, muliebria patior in, muliebri libidine tabeſco. Ex ἐν, θῆλυς, & πάθος, *paſſio*.

Ἔνθηρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, feras habens; (2) ferinus. Ex ἐν, & θὴρ, *fera*.

Ἔνθλασις, εως, ἡ, cavitas in capite facta ex contuſione. Ab ἐν, & θλᾶν, *frangere*.

Ἐνθλίβω, f. ψω, infringo, imprimo. Ex ἐν, & θλίβω, *premo*.

Ἐνθνήσκω, immorior. Ex ἐν, & θνήσκω, *morior*.

Ἐνθορέω, ῶ, inſilio. Ex ἐν, & θορέω, *ſali*

Ἔνθȣς, vide Ἔνθεος.

Ἐνθȣσιάζω, f. άσω, fanatico, ſeu divino furore agor; ἐνθȣσιαζόμενος, limphaticus. Ab ἔνθȣς.

Ἐνθȣσιᾶν, limphari, inſanire; in *Particip* ἐνθυσιῶν, inſtinctus, inſaniens. Πολλαχ γὰρ ἐνθȣσιᾶν ἑαυτοῖς δοκȣ̃ντες, ȣ̓ βακχεύ σιν, ἀλλὰ παίζȣσιν, Longin. 3.

Ἐνθȣσίασις, εως, ἡ, fanaticus ſeu divinu adflatus. Ab ἐνθȣσιάζω.

Ἐνθȣσιασμὸς, ȣ̃, ὁ, idem & ab eod.

Ἐνθȣσιαϛὴς, ȣ̃, ὁ, numine adflatus, fanaticus. Ab eod.

Ἐνθȣσιαϛικὸς, ὴ, ὸν, numine adflatus qui numine adflari ſolet; (2) animo furore divino corripiens. Ab eod.

Ἐνθȣσιαϛικῶς, *Adv.* more eorum, qui furoris fanatici inſtinctu aguntur. Ab ἐν θȣσιαϛικός.

Ἐνθȣσιώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἐνθ σιαϛικός.

Ἐνθριȣ̃σθαι, ficulneis foliis involvi. *Præt.* ἐντ θριῶσθαι. Ab ἐν, & θρίον, *ficus folium*.

Ἐνθρονίζω, f. ίσω, in throno loco. Hi ἐνθρονίζομαι, in throno ſedeo. Ex ἐν, θρόνος, *thronus*.

Ἐνθρυλλίζω, f. ίσω, immurmuro, inſuſurr Δȣ́λη τινὸς προαγωγὸς ȣ̓σ' ἐνεθρύλλισεν δεσπότῃ, Ariſt. Θεσμ. 348. Ex ἐν, θρυλλίζω, *murmuro*.

Ἔνθρυπτον, ȣ, τὸ, intritum; (2) placen Ab ἐνθρύπτω.

Ἐνθρύπτω, f. ψω, comminuo intra, inte Ex ἐν, & θρύπτω, *tero*.

Ἐνθρώσκω, inſilio. Ἐνθρώσκων πνοα Lyc. 756. Ab ἐν, & θρώσκω, *ſalio*.

Ἐνθυμέομαι, ȣ̃μαι, cogito, mente agi in animo concipio, expendo, conſide reputo. Ταυτὶ μὲν ἡμῖν ἐντεθύμηται καλ Ariſt. Conc. 262. Ex ἐν, & θυμὸς, anim

Ἐνθύμημα, ατος, τὸ, animi conceptus, gitatio, commentum; (2) argumen & ſententia oratoria; (3) ſpecies logiſmi, enthymema. Ab ἐνθυμέομαι

Ἐνθυμηματικὸς, ἡ, ὸν, Enthymema continens; (2) acer in argumentando, argutus orator. Ab ἐνθύμημα.

Ἐνθυμημάτιον, ου, τὸ, ſenſiculus, argutulum dictum.

Ἐνθυμηματώδης, έος, ους, commentationibus plenus.

Ἐνθύμησις, εως, ἡ, cogitatio, conſideratio; (2) commentatio. Ab ἐνθυμέω.

Ἐνθυμία, ας, ἡ, cogitatio. Ab ἔνθυμος.

Ἐνθυμιάω, ῶ, ſuffio intus. Ab ἐν, & θυμιᾶν, *ſuffire.*

Ἐνθυμίζεσθαι, cogitare, reputare.

Ἐνθύμιον, ου, τὸ, cogitatio; (2) id, quod in animo verſatur. Ab ἐνθύμιος.

Ἐνθύμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in animo eſt, de quo cogitamus. Ab ἔνθυμος.

Ἔνθυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt animo præſenti, in quo eſt animus fortis, animoſus. Ex ἐν, & θυμὸς, *animus.*

Ἐνθυσιάζω, f. άσω, ſacrifico in. Ab ἐνθύω.

Ἔνι pro ἔνεστι ineſt, licet.

Ἐνὶ pro ἐν, in.

Ἐνιαύσια, *Adv.* quotannis. Ab ἐνιαύσιος.

Ἐνιαυσιαῖος, α, ον, annuus.

Ἐνιαύσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, annuus, anniculus, anniverſarius. Ab ἐνιαυτός.

Ἐνιαυτίζω, annum tranſigo.

ἘΝΙΑΥΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, annus.

Ἐνιαυτοφορέω, ῶ, f. ήσω, annuum fructum fero. Ab ἐνιαυτοφόρος.

Ἐνιαυτοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, annuum fructum ferens. Ex ἐνιαυτὸς, & φέρω, *fero.*

Ἐνιαύω, f. αύσω, immoror; (2) indormio. Ex ἐν, & ἰαύω, *commoror.*

Ἐνιαχῆ, *Adv.* nonnullis in locis aut partibus. Ab ἔνιοι.

Ἐνιαχοῦ, *Adv.* alicubi. Ab eod.

Ἐνίγυιος, ου, ὁ ϗ ἡ, uno membro ſeu pede mutilus, claudus, Suidas. Ex ἐν, & γυῖον, *membrum.*

Ἐνιδρόω, ῶ, f. ώσω, inſudo. Ex ἐν, & ἱδρόω, *ſudo.*

Ἐνιδρύνω, colloco in; (2) fundo, firmo. Ex ἐν, & ἱδρόω, *firmo.*

Ἐνιδρύω, f. ύσω, idem quod ἐνιδρύνω.

Ἐνιζάνω, f. ζήσω, inſideo. Ex ἐν, & ἱζάνω, *ſedeo.*

Ἐνιζευγνύω, adjungo; unde ἐνιζευχθεὶς, junctus. Ab ἐνὶ pro ἐν, & ζευγνύω, *jungo.*

ιζω, unum ſeu unitatem pono, aduno. Ab ἕν, *unum.*

ίημι, immitto, infigo, injicio. Ex ἐν, & ἵημι, *mitto.*

ικατατίθημι, depono in, repono, ſeu condo in. Ex ἐνὶ pro ἐν, & κατατίθημι, *depono.*

ικλάω, f. άσω, infringo. Ex ἐνὶ pro ἐν, & κλάω, *frango.*

ικλείω, f. είσω, includo. Ex ἐνὶ pro ἐν, & κλείω, *claudo.*

ικμος, ου, ὁ ϗ ἡ, humidus. Ex ἐν, & ἰκμὰς, *humor.*

ικνέομαι, οῦμαι, intro, penetro. Ex ἐν, & ἱκνέομαι, *venio.*

ικνήθω, f. ήσω, intero radendo ungue, vel radula carptum intero. Ex ἐν, & κνήθω, *frico.*

ικὸς, ἡ, ὸν, ſingularis. Ab ἕν, *unus.*

ικρίνεσθαι pro ἐγκρίνεσθαι, adnumerari; unde ἐνικριθῆναι. Ab ἐνὶ pro ἐν, & κρίνεσθαι, *ſeparari.*

ικῶς, *Adv.* ſingulariter, numero ſingulari. Ab ἐνικός.

ίλλω, irrideo oculis, Euſtath. Ex ἐν, & ἴλλω, *oculis conniveo.*

ιλλωπέω, ῶ, f. ήσω, oculos contorqueo, ſeu diſtorqueo. Ab ἐνίλλω.

ιλλώπτω, ſum ſtrabo. Ab eod.

Ἐνιοβολέω, ῶ, f. ήσω, veneno inficio. Ex ἐν, & ἰοβόλος, *venenum ejaculans.*

ἜΝΙΟΙ, ιαι, ια, aliqui, quidam, nonnulli.

Ἐνίοτε, *Adv.* interdum; (2) aliquando; (3) aliquoties. Ab ἔνιος.

Ἐνιπὴ, ῆς, ἡ, increpatio. Ab ἐνίπτω.

Ἐνίπλειος, Poëtice pro ἔμπλεος, plenus.

Ἐνιπλήθω, f. ήσω, impleo. Εἰσόκε πάντας ἐνιπλήσωσιν ἐπαύλους, Odyſſ. 23, 358. ἐνιπλησθῆναι, ib. 11, 451. Ab ἐν, & πλήθω.

Ἐνιπλήσσω, vel ἐνιπλήττω, terrorem incutio; (2) irruo, incido. Ex ἐνὶ pro ἐν, & πλήσσω, *percutio, ferio.*

Ἐνιππάζομαι, f. άσομαι, equo invehor, inequito. Ex ἐν, & ἱππάζω, *equito.*

Ἐνιππεύω, f. εύσω, idem. Ex ἐν, & ἱππεύω, *equito.*

Ἐνιπρήθω, f. ήσω, inuro. Ὡς πυρὶ νῆας ἐνιπρήσω, Il. 8, 182. Ex ἐνὶ pro ἐν, & πρήθω, *uro.*

Ἐνιπτάζω, f. άσω, increpo. Ab ἐνίπτω.

Ἐνιπτύω, f. ύσω, inſpuo. Ex ἐνὶ pro ἐν, & πτύω, *ſpuo.*

Ἐνίπτω, f. ψω, dico; (2) objurgo. Μή με, γύναι, χαλεποῖσιν ὀνείδεσι θυμὸν ἔνιπτε, Il. 3, 438. Ex ἐν, & ἔπω, *dico.*

Ἐνισάζω, f. άσω, exæquo. Ex ἐν, & ἴσος, *æqualis.*

Ἐνισκέλλω, intus arefacio. Ex ἐν, & σκέλλω, *arefacio.*

Ἐνισκήπτω, f. ψω, innitor, incumbo. Οὔδει ἐνισκήψαντε κάρηατα, Il. 17, 437. Ex ἐνὶ pro ἐν, & σκήπτω, *nitor.*

Ἐνισκίμπτω, f. ψω, infigo. Δόρυ μακρὸν οὔδει ἐνισκίμφθη, Il. 16, 612. Ex ἐνὶ pro ἐν, & σκίμπτω, *figo.*

Ἐνισπέω, ῶ, f. ήσω, dico. Ex ἐνὶ pro ἐν, & ἔπω, *dico.*

Ἐνίσπω, dico, enarro; (2) increpo, objurgo. Εἰ μέν τις τὸν ὄνειρον Ἀχαιῶν ἄλλος ἔνισπε, Il. 2, 80. Ex iiſd.

Ἐνίσσω, verbis aſperis inceſſo, objurgo, injuria adficio. Ἔπεσσ' αἰσχροῖσιν ἐνίσσων, Il. 24, 238. ἐνισσόμενος, *Paſſ.* Odyſſ. 24, 162. Ab ἐνίπτω.

Ἐνίστημι, ſtatuo inter, interpono; (2) colloco; (3) hinc ἐνίσταμαι, inſiſto, inſto; (4) inſtituo, incipio; (5) intendo; (6) immineo, obſervo; (7) obſiſto, repugno; (8) intercedo. Ἤδη τῆς τοῦ κλήρου διαδικασίας ἐνεστηκυίας, Dem. Ὅσον ἔργον ἐνίσταμαι τὸ μέγεθος, Iſocr. Ex ἐν, & ἵστημι, *ſiſto.*

Ἔνισχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, gracilis, tenuis. Ex ἐν, & ἰσχνὸς, quod idem notat.

Ἐνισχυρίζομαι, f. ίσομαι, nitor, fiduciam colloco, innitor. Ex ἐν, & ἰσχυρίζομαι, *nitor.*

Ἐνισχύω, f. ύσω, vires ſumo, invaleſco; (2) corroboro, validum reddo. Ἐνισχύων αὐτὸν, Luc. 22, 43. Ex ἐν, & ἰσχύω, *robuſtus ſum.*

Ἐνίσχω, detineo, retineo; ἐνίσχομαι, inhæreo; (2) hæſito in loquendo. Ex ἐν, & ἴσχω, *habeo.*

Ἐνιτρέφω, alo, ſeu nutrio in. Ὅς Σκύρῳ μοὶ ἐνιτρέφεται φίλος υἱὸς, Il. 19, 326. Ex ἐνὶ pro ἐν, & τρέφω, *alo.*

Ἐνιχρίμπτω, f. ψω, appropinquo; pro ἐγχρίμπτω. Ζωὸν ἐνιχριμφθέντα πύλῃσιν, Il. 17, 405.

Ἐνκάπτω, devoro, avide edo. Ἀλλ' ἐξαρπάσας ὅλην ἐνέκαψε περικυκλίσας τοῖν ποδοῖν, Ariſt. Pac. 7. Ab ἐν, & κάπτω, *comedo.*

Ἐνλείπομαι, *uſitatius* ἐλλείπομαι, deficio. Ex ἐν, & λείπω, *linquo.*

Ἐνναέτειρα, ας, ἡ, inhabitatrix. Ab ἐνναετήρ.

Ἐννάετες, *Adv.* per novem annos. Ex ἐννέα, & ἔτος, *annus.*

Ἐνναετὴρ, ῆρος, ὁ, inhabitator; (2) habitator, incola. Ex ἐν, & ναιέτης, *habitator.*

Ἐνναετηρὶς, ίδος, ἡ, novennium. Ab eod.

Ἐνναέτηρος, ου, ὁ, novennis. Ex ἐννέα, & ἔτος, *annus.*

Ἐνναετὴς, novennis. Fœm. ἐνναέτις. Ab iiſd.

Ἐνναέτης, inhabitator. Fœm. ἐνναέτις, inhabitatrix. Ab ἐνναίω, *inhabito.*

Ἐνναίω, inhabito, incolo. Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, Tmeſis, Il. 9, 154. Ex ἐν, & ναίω, *habito.*

Ἐννακοσιαστὸς, ἡ, ὸν, nongenteſimus. Ab ἐννέα.

Ἐννακόσιοι, ιαι, ια, nongenti. Ab eod.

Ἐνναταῖος, αία, αῖον, q. d. nonanus, cui tranſacti ſunt novem dies. Ab eod.

Ἔνατος, άτη, ατον, nonus. Hinc τὰ ἔνατα, ων, memoriæ mortuorum nono die celebratæ, novemdialia. Ab eod.

Ἐνναυμαχέω, ῶ, f. ήσω, pugna navali dimico in. Ex ἐν, ναῦς, & μάχομαι, *pugno.*

ἘΝΝΕ'Α, novem.

Ἐννεάβοιος, ου, ὁ ϗ ἡ, novem boum, ſeu ejus nominis nummûm pretium valens. Ex ἐννέα, & βοῦς, *bos.*

Ἐννεάγηρως, ω, ὁ ϗ ἡ, novem ſenectutes, ſive ætates vivens. Ex ἐννέα, & γῆρας, *ſenectus.*

Ἐννεάδεσμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui novem vinculis ſeu juncturis continetur; (2) multis vinculis ligatus. Ex ἐννέα, & δεσμὸς, *vinculum.*

Ἐννεαδικὸς, ἡ, ὸν, novennarius, nonarius. Ab ἐννέα.

Ἐννεάζω, f. άσω, juventutem tero in, adoleſco in aliquo ſtudio. Ex ἐν, & νεάζω, *adoleſco.*

Ἐννεακαίδεκα, novemdecim. Ex ἐννέα, ϗ, & δέκα, *decem.*

Ἐννεακαιδεκαετηρὶς, ίδος, ἡ, tempus, ſive cyclus novemdecim annorum. Ex ἐννέα, ϗ, δέκα, & ἔτος, *annus.*

Ἐννεακαιδεκαταῖος, αία, αῖον, decimo nono die aliquid agens aut patiens. Ab ἐννεακαίδεκα.

Ἐννεακαιδέκατος, άτη, ον, decimus nonus. Ab eod.

Ἐννεάκεντρος, ου, ὁ ϗ ἡ, novem habens ſtimulos ſive aculeos. Ex ἐννέα, & κέντρον, *ſtimulus.*

Ἐννεάκις, *Adv.* nonies. Ab ἐννέα.

Ἐννεάκρουνος, ου, ὁ ϗ ἡ, novem habens fiſtulas aquam fundentes; (2) nomen fontis Athenis. Ex ἐννέα, & κρουνὸς, *ſcatebra ſaliens.*

Ἐννεάλινος, ου, ὁ ϗ ἡ, novemplici lino plexus. Ex ἐννέα, & λίνον, *linum.*

Ἐννεάμηνος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui novem menſium eſt. Ex ἐννέα, & μὴν, *menſis.*

Ἐννεάμυκλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui novem annorum eſt, robuſtus, validus, Heſ. Ex ἐννέα, & μύκλοι, *rugæ in collis aſinorum, ex quibus ætas illorum dignoſcitur.*

Ἐννεάνυχες, *Adv.* per novem noctes. Ex ἐννέα, & νὺξ, *nox.*

Ἐννεάπηχυς, εος, ὁ ϗ ἡ, qui novem cubitorum eſt. Ex ἐννέα, & πῆχυς, *cubitus.*

Ἐννεαπλάσιος, ία, ιον, novennario numero auctus, novies auctus. Ab ἐννέα.

Ἐννεάπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, novem pedes habens. Ex ἐννέα, & ποῦς, *pes.*

Ἐννεὰς, άδος, ἡ, novennarius. Ab ἐννέα.

Ἐννεάφθογγος, ου, ὁ ϗ ἡ, novem ſonos reddens. Ex ἐννέα, & φθόγγος, *ſonus.*

Ἐννεάφωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, novem voces habens. Ex ἐννέα, & φωνὴ, vox.

Ἐννεάχιλοι apud Hom. pro ἐννακισχίλιοι, novies mille.

Ἐννεάχορδος, ου, ὁ καὶ ἡ, novem chordas habens, novem intentus fidibus. Ex ἐννέα, & χορδὴ, *chorda*.

Ἐννέμομαι, paſcor in. Ex ἐν, & νέμομαι, *paſcor*.

Ἐννενήκοντα, nonaginta. Ab ἐννέα, *novem*.

Ἐννενηκονταέτης, & ἐννενηκοντούτης, qui nonaginta annorum eſt, nonagenarius. Ex ἐννενήκοντα, & ἔτος, *annus*.

Ἐννενηκοστὸς, ἡ, ὸν, nonageſimus. Ab ἐννέα.

Ἐννεόργυιος, ου, ὁ καὶ ἡ, novem ulnas (orgyias) longus. Ex ἐννέα, & ὀργυιὰ, *orgyia*.

Ἐννεὸς, ὰ, ὸν, attonitus, mutus, in quo vox præ ſtupore oppreſſa. Ex ἐν, & ἄυω, *clamo*.

Ἐννεοτροφεῖσθαι· ἐννεοτροφηθεὶς, ab adoleſcentia innutritus. Ab ἐν, & νεοτροφεῖσθαι.

Ἐννεοττεύω, f. εύσω, nidifico in. Ἔν τε τοῖς βαλαντίοις ἐννεοττεύσουσι, Ariſt. Av. 1113. Ex ἐν, & νεοττεύω, *nidifico*.

Ἐννέπω, dico, loquor. Ex ἐν, & ἔπω, *dico*.

Ἐννεσία, ας, ἡ, conſilium. Ab ἐνίημι, *immitto*.

Ἐννεύω, f. εύσω, innuo, nutu ſignifico. Ἐνένευον δὲ τῷ πατρὶ αὐτοῦ, Luc. 1, 62. Ex ἐν, & νεύω, *nuo*.

Ἐννέωρος, ου, ὁ καὶ ἡ, novennis. Ex ἐννέα, *novem*, & ὥρα, *annus*.

Ἐννῆμαρ, *Adv.* per novem dies. Ex ἐννέα, & ἦμαρ, *dies*.

Ἐννήρης, ſcil. ναῦς, novem ordines remorum habens navis. Ab ἐννέα, & ἐρέσσω, *remigo*.

Ἔννηφιν, in perendinum, perendie. Ex ἔνη, pro ἔνη, & ſyllabica adjectione φι.

Ἐννοέω, ῶ, f. ήσω, mente concipio, cogito, recordor. Ἐπιδεῖξαι ἐθέλω τί ποτε ἐννοεῖ, Plat. Μητρὸς οὐδὲν ἐννοούμενοι κακῶν, Eur. Med. 46. Ab ἔννοος.

Ἐννόημα, ατος, τὸ, animi conceptus, cogitatio, intelligentia. Ab ἐννοέω.

Ἔννοια, ας, ἡ, cogitatio. Ab eod.

Ἔννομα, *Adv.* legitime. Ab ἔννομος.

Ἐννομολέσχης, ου, ὁ, qui de legibus confabulatur. Ex ἐν, νόμος, *lex*, & λέσχη, *confabulatio*.

Ἔννομος, ου, ὁ καὶ ἡ, legitimus, legibus conſentaneus, juſtus; (2) legi obnoxius. Ex ἐν, & νόμος, *lex*.

Ἔννοος, *contr.* ἔννους, ου, ὁ καὶ ἡ, mentis compos, ſapiens, prudens. Ex ἐν, & νόος, *mens*.

Ἔννος, ου, ὁ, vetus. Ab ἔνος, ἔνη.

Ἐννοσίγαιος, ου, ὁ, quaſſator terræ, epitheton Neptuni. Ex ἐνόθω, & γαῖα, *terra*.

Ἔννοσις, εως, ἡ, idem quod ἔνοσις.

Ἐννοσίφυλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, quatiens ſeu agitans folia ſeu frondes, in quo frondes ſeu folia agitantur. Ex ἐνόθω, & φύλλον, *folium*, *frons*.

Ἐννότιος, & ἔννοτος, ὁ καὶ ἡ, humidus, irriguus. A νοτία, *humor*.

Ἐννυκτερεύω, f. εύσω, pernocto in, tranſigo noctem in. Ex ἐν, & νυκτερεύω, *noctem tranſigo*.

Ἔννυμι, vel ἕννυμι, induo. Χρὴ καλὰ μὲν αὐτὴν ἕννυσθαι, Odyſſ. 6, 28. Ex ἐν, & ἕω, quod idem ſignificat.

Ἐννυὸς, οῦ, ὁ, nurus. Ex ἐν, & νυὸς, quod idem notat.

Ἐννύχιος, ου, ὁ καὶ ἡ, nocturnus. Ex ἐν, & νὺξ, *nox*.

Ἔννυχον, & ἐννύχιον, *Adv.* noctu; multa nocte. Ab ἔννυχος.

Ἔννυχος, ου, ὁ καὶ ἡ, nocturnus. Ex ἐν, & νὺξ, *nox*.

Ἐινυχώτερον, *Adv.* maturius. Ab ἔννυχος.

Ἐννύω, induo. Ex ἐν, & ἕω, *induo*.

Ἔννωθρος, ου, ὁ καὶ ἡ, in quo torpor ineſt, torpidus, torpens. Ex ἐν, & νωθρὸς, *tardus*.

Ἐνόδια, ων, τὰ, caſſes. Ab ἐνόδιος.

Ἐνοδία, ας, ἡ, Hecate; Diana. Ab ἐνόδιος.

Ἐνόδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, in via poſitus, obvius; (2) quod incidit ſeu offertur in via. Ex ἐν, & ὁδὸς, *via*.

Ἔνοδμος, ου, ὁ καὶ ἡ, in quo odor eſt, odorus. Ex ἐν, & ὀδμὴ, *odor*.

Ἐνόθω, f. όσω, quatio, agito, moto.

Ἐνοιδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, intumeſcens, turgidus, tumidus. Ex ἐν, & οἶδος, *tumor*.

Ἐνοικέω, ῶ, f. ήσω, incolo, inhabito. Ἄλλοι δ' ἐνοικήσουσι Σικανῶν χθόνα, Lyc. 951. Ex ἐν, & οἰκέω, *habito*.

Ἐνοίκησις, εως, ἡ, inhabitatio. Ab ἐνοικέω.

Ἐνοικίζω, f. ίσω, in ædibus colloco, in domum introduco, domo excipio. Ἐνοικίζειν ἀλλότριον. Ex ἐν, & οἰκίζω, *in ædibus loco*.

Ἐνοίκιον, ου, τὸ, pretium conductæ domus; (2) merces, quæ hoſpiti datur, ad quem divertimus. Ab ἔνοικος.

Ἐνοικοδομέω, ῶ, f. ήσω, inædifico. Ex ἐν, & οἰκοδομέω, *ædifico*.

Ἔνοικος, ου, ὁ καὶ ἡ, incola, inquilinus, qui domum aliquo in loco habet. Ex ἐν, & οἶκος, *domus*.

Ἐνοικουρέω, ῶ, domi maneo, ſervo. Ab ἐν, & οἰκουρέω, idem.

Ἐνοινοχοέω, ῶ, f. ήσω, vinum infundo. Ex ἐν, & οἰνοχέω, *vinum fundo*.

Ἐνοκλάζω, f. άσω, genibus flexis ſubſido. Ὁ δὲ τοῖς ὀπισθίοις ἐνοκλάσας ἀνέχει τὴν δέρην, Philoſtr. *de cane*. Ex ἐν, & ὀκλάζω, *in genua procumbo*.

Ἐνολισθαίνω, labor in, nuto. Ex ἐν, & ὀλισθαίνω, *labor*, *lapſo*.

Ἔνολμος, ου, ὁ, divinus vates. Ex ἐν, & ὅλμος, pro tripode, quia ex hoc inter alia Apollo olim reſponſa dabat.

Ἐνομιλέω, ῶ, f. ήσω, in conſuetudine alicujus ſum, converſor. Ex ἐν, & ὅμιλος, *turba*, *cœtus*.

Ἐνομόργνυμι, f. ξομαι, abſtergo, ſeu detergo in. Ex ἐν, & ὀμόργνυμι, *abſtergo*.

Ἐνὸν, *Imperſon.* cum liceat. Ab ἔνεστι.

Ἐνοπὴ, ῆς, ὁ, vox, clamor. Ab ἐνέπω.

Ἐνοπλίζεσθαι, armari. Στεῤῥὰν ἐνοπλίσουσιν ὠλέναις πλάτην, Lyc. 205. Ex ἐν, & ὁπλίζω, quod idem notat.

Ἐνόπλιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in armis eſt, armatus. Ex ἐν, & ὅπλον, *arma*.

Ἔνοπλος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἑνοποιέω, ῶ, f. ήσω, unum facio, unio. Ex ἓν, & ποιέω, *facio*.

Ἑνοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, unum faciens, vim uniendi habens. Ex iiſd.

Ἐνοπτρεύομαι, f. εύσομαι, intueor in ſpeculum. Ab ἔνοπτρον.

Ἐνοπτρίζω, f. ίσω, in modum ſpeculi illumino. Hinc ἐνοπτρίζομαι, intueor velut in ſpeculo. Ab eod.

Ἔνοπτρον, ου, ὁ καὶ ἡ, ſpeculum; (2) quidquid viſum reflectit. Ex ἐν, & ὄπτομαι, *video*.

Ἐνοράω, ῶ, inſpicio, animadverto. Ἡ μέγ' ἐνορῶ βούλευμ' ἐν ὀρνίθων γένει, Ariſt. Av. 163. Ex ἐν, & ὁράω, *video*.

Ἐνόριος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui intra terminos eſt. Ex ἐν, & ὅριος, *terminalis*.

Ἐνόρκιον, ου, τὸ, juramentum. Ab ἐνόρκιος.

Ἐνόρκιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui jurejurando fit. Ab ἔνορκος.

Ἔνορκος, ου, ὁ καὶ ἡ, juratus, jurejurando comprobatus. Ex ἐν, & ὅρκος, *juſjurandum*.

Ἐνορμίζω, f. ίσω, & ἐνορμίζομαι, navem in ſtationem appello, portum teneo, vel capio. Τὴν ναῦν ἐνορμίζει λιμενισκίῳ τινὶ χαρίεντι, Syneſ. Ex ἐν, & ὁρμίζω, *appello*.

Ἐνορμίτης, ου, ὁ, qui in portu ſtationem habet. Ex ἐν, & ὅρμος, *portus*.

Ἐνορούω, f. ούσω, irruo, inſilio. Ex ἐν, & ὀρούω, quod idem notat.

Ἐνόρχης, ου, ὁ, qui unum habet teſticulum. Ex ἓν, & ὄρχις, *teſticulus*.

Ἔνορχος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἐνόρχης, ου, ὁ, teſticulos habens, teſticulatus. Ex ἐν, & ὄρχις, *teſticulus*.

Ἐνόρω, excito, concito in; unde occurrunt ἐνῶρσας, excitaſti, ἐνῶρτο, excitabatur. Τῇσιν δὲ γόον πάσῃσιν ἐνῶρσεν, Il. 6, 499. Ἐνῶρτο γέλως μακάρεσσι θεοῖσιν, ib. 1, 599. Ex ἐν, & ὄρω, quod idem ſignificat.

ἜΝΟΣ, vel ἕνος, ου, ὁ, annus.

Ἔνος, η, ον, vel ἕνος, ἕνη, ἕνον, annuus; (2) vetus. Hinc ἕνη καὶ νέα, ultima dies menſis lunaris, quaſi vetus & nova. Ab ἔνος.

Ἔνοσις, εως, ἡ, motio, motus. Ab ἐνόθω, *moveo*.

Ἐνοσίγαιος, ου, ὁ, terræ motor, epitheton Neptuni. Ex ἔνοσις, & γαῖα, *terra*.

Ἐνοσίχθων, ονος, ὁ καὶ ἡ, terræ quaſſator, Nept. ep. Ex ἔνοσις, & χθὼν, *terra*.

Ἑνότης, ητος, ἡ, unitas. Ab εἷς, ἑνός.

Ἔνουλα, ων, τὰ, gingivæ interiores, carnes dentes intra ambientes. Ex ἐν, & οὖλον, *gingiva*.

Ἐνουράνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in cœlis eſt, cœleſtis. Ex ἐν, & οὐράνιος, *cœleſtis*.

Ἐνουρέω, ῶ, f. ήσω, immeio, meio in; (2) urinam non contineo. Ex ἐν, & οὐρέω, *meio*.

Ἐνουρήθρα, ας, ἡ, matula, matella, vas urinarium. Ab ἐνουρέω.

Ἔνουρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in urina eſt. Ex ἐν, & οὖρον, *urina*.

Ἐνούσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſubſtantialis, cum omnibus ſubſtantiæ propriis conſiſtens; (2) ſubſtantiæ inhærens; (3) innatus; (4) opulentus. Ab ἔνειμι, *inſum*.

Ἐνοφείλομαι, debeor in. Ex ἐν, & ὀφείλω, *debeo*.

Ἐνοφθαλμιάω, ῶ, oculos alicui rei adjicio, oculos in aliquam rem conjicio; (2) frui re aliqua cupio. Ex ἐν, & ὀφθαλμὸς, *oculus*.

Ἐνοφθαλμίζω, f. ίσω, inoculo, gemmam cum exiguo cortice in delibratam arborem inſero. Εἴ τις ἐνοφθαλμίσει δένδρο ἓν ὑπὸ πλειώνων διαφόρων, Dioſc. Ex iiſd.

Ἐνοφθαλμισμὸς, οῦ, ὁ, inoculatio. Ab ἐνοφθαλμίζω.

Ἐνοχὴ, ῆς, ἡ, obligatio, nexus. Ab ἐνέχομαι, *obligo*.

Ἐνόχιον, ου, ὁ καὶ ἡ, pretium penſionis. A eod.

Ἐνοχλέω, ῶ, f. ήσω, turbo, moleſtus ſum. Νυνὶ δ' ἐνοχλοῦσ' ἄγαν, Ariſt. Conc. 30 Ἠνόχλουν τὰς πόλεις τὰς ἐν Πελοποννήσ Iſocr. Ex ἐν, & ὄχλος, *turba*.

Ἔνοχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui tenetur quaſi vinctu & obſtrictus; (2) obnoxius, obſtrictu reus. Ex ἐν, & ἔχω, *habeo*, *teneo*.

Ἑνόω, ῶ, f. ώσω, unio, aduno. Ab ἑνὸς, *unus*.

Ἐνῤάπτω, f. ψω, inſuo, includo. Ἐνεῤῥάψ το ἐς τὸν μηρὸν, Herodot. Ex ἐν, & ῥάπ *ſuo*.

Ἐνῤάσσω, f. ξω, illido, irrumpo. Ὁ Σαμψὼν ἐνῤάσσει ταῖς πύλαις, Joſeph. A ſ

Ἐνῤήσ

Ἐνρήσσω, illido, irrumpo. Ab ἐν, & ῥήσσω, rumpo.

Ἐνριγόω, ῶ, frigeo in. Unde ἐνερρίγωσα. Ex ἐν, & ῥιγῶ, *frigeo.*

Ἐνρυθμικὸς, ὴ, ὸν, qui certa ratione ordinem ſervat. Ab ἔνρυθμος.

Ἔνρυθμος, ου, ὁ ϗ ἡ, particeps rhythmi & numerorum. Ex ἐν, & ῥύθμος, *rhythmus.*

Ἐνσαρόω, ῶ, f. ώσω, verro, jacto. Πόντου δ' ἄυπνος ἐνσαρούμενος μυχοῖς, jactatus, Lyc. 753. Ab ἐν, & σαρόω, *verro.*

Ἐνσείω, f. είσω, incutio, infligo. Ex ἐν, & σείω, *quatio.*

Ἐνσημαίνω, & ἐνσημαίνομαι, ſignifico, exprimo, imprimo. Τὴν αἰτίαν ἐνσημαινόμενος, Themiſt. Ex ἐν, & σημαίνω, *ſignifico.*

Ἐνσιαλεύω, f. εύσω, inſpuo. Ex ἐν, & σίαλον, *ſaliva.*

Ἔνσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſimus, qui preſſis eſt naribus. Ex ἐν, & σιμὸς, quod idem notat.

Ἐνσκευάζω, f. άσω, inſtruo, induo, orno. Ἱματίῳ δ' ἀνδρείῳ ϗ ὑποδήμασιν ἐνσκευάζει, Plut. Ex ἐν, & σκευάζω, *ſtruo.*

Ἐνσκηνοβατέω, ῶ, f. ήσω, in ſcenam vel proſcenium produco. Ex ἐν, & σκηνὴ, *ſcena,* & βατέω, *calco.*

Ἐνσκήπτω, f. ψω, ingruo, irruo, ut fulmen, immitto. Τοῖσι τουτέων ἐκγόνοισι ἐνέσκηψε ὁ θεὸς θήλειαν νοῦσον, Herodot. Ex ἐν, & σκήπτω, *cado.*

Ἐνσκιατροφέομαι, οῦμαι, vitam umbratilem dego. Ab ἐν, & σκιατροφοῦμαι.

Ἐνσοριάζω, f. άσω, in loculo condo, ſepelio. Ex ἐν, & σορὸς, *tumulus.*

Ἐνσπαργανόω, ῶ, f. ώσω, faſciis involvo. Ἐνσπαργανοῦσθαι ἐπιτηδεύμασι, a teneris unguiculis imbui, Longin. 44. Ex ἐν, & σπαργανόω, quod idem notat.

Ἐνσπείρω, inſero, inſemino; (2) injicio. Ex ἐν, & σπείρω, *ſemino.*

Ἔνσπερμος, ου, ὁ ϗ ἡ, in quo ſemen ineſt, ſemen producens; (2) qui copioſo eſt ſemine. Ex ἐν, & σπέρμα, *ſemen.*

Ἔνσποδος, ου, ὁ ϗ ἡ, cineritius, pulverulentus. Ex ἐν, & σποδὸς, *cinis.*

Ἔνσπονδος, ου, ὁ ϗ ἡ, fœdere junctus, fœderi incluſus, confœderatus; (2) qui a bello fit amicus. Ex ἐν, & σπονδὴ, *fœdus.*

Ἐνσπόνδως, *Adv.* more confœderatorum. Ab ἔνσπονδος.

Ἐνστάζω, f. ξω, inſtillo. Ex ἐν, & στάζω, *ſtillo.*

Ἐνσταλάζω, f. ξω, inſtillo. Ex ἐν, & σταλάζω, *ſtillo.*

Ἔνστασις, εως, ἡ, exordium & auſpicatio rei inſtitutæ; (2) inſtantia litis & cauſſæ; (3) inſtantia, pugnax contentio; (4) propoſitum, inſtitutum; (5) figura oratoria. Ab ἐνίστημι, *ſtatuo in.*

Ἐνστάτης, ου, ὁ, qui in via obſiſtit. Ab eod.

Ἐνστατικὸς, ὴ, ὸν, inſtans & urgens. Ab eod.

Ἐνστατικῶς, *Adv.* inſtanter & pugnaciter, pertinaciter inficiando. Ab ἐνστατικός.

Ἐνστερνίζομαι, f. ίσομαι, in pectoris ſinum recipio, amplector, complector. Ex ἐν, & στέρνον, *pectus.*

Ἐνστερνομαντίας, ου, ὁ, ex cujus pectore Dæmon reſponſa dat. Ex ἐν, στέρνον, & μάντις, *vates.*

Ἐνστερνόμαντις, εως, ὁ, idem & ex iiſd.

Ἐνστοιβάζω, inſtipo. Ex ἐν, & στοιβάζω, *ſtipo.*

Ἐνστομίζω, f. ίσω, frænum injicio. Ab ἔνστομος.

Ἐνστόμιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui in ore eſt. Ab eod.

Ἐνστόμισμα, ατος, τὸ, frænum. Ab ἐνστομίζω.

Ἔνστομος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἐνστόμιος. Ex ἐν, & στόμα, *os.*

Ἐνστρατοπεδεύω, f. εύσω, caſtra metor ſeu pono in. Ex ἐν, & στρατοπεδεύω, *caſtra metor.*

Ἐνστρέφω, intorqueo. Ἔνθα τε μηρὸς ἰσχίῳ ἐνστρέφεται, Il. 5, 306. Ex ἐν, & στρέφω, *verto.*

Ἐνστύφω, f. ψω, adſtringo linguam; (2) ſpiſſo. Ex ἐν, & στύφω, quod idem notat.

Ἐνσφηνόω, ῶ, f. ώσω, cuneum inculco, vel intrudo, impingo velut cuneum; (2) obſtruo, inſpiſſo, velut adacto cuneo. Ex ἐν, & σφηνόω, *cuneo findo.*

Ἐνσφραγίζω, f. ίσω, ſignum imprimo, nota inſignio. Ex ἐν, & σφραγίζω, *ſigno.*

Ἐνσχολάζω, f. άσω, immoror, verſor in. Ex ἐν, & σχολάζω, *do operam.*

Ἐνσώματος, ου, ὁ ϗ ἡ, corporeus, corporatus, corporalis. Ex ἐν, & σῶμα, *corpus.*

Ἐνσωματόω, ῶ, f. ώσω, corporea natura induo, in corpus immitto. Ab ἐνσώματος.

Ἐνσωμάτωσις, εως, ἡ, animarum in corpora immiſſio; (2) incorporatio, incarnatio. Ab ἐνσωματόω.

Ἔνταλμα, ατος, τὸ, mandatum. Ab ἐντέλλω, *mando.*

Ἐνταμιεύω, f. εύσω, introlatum recondo, in theſaurum refero. Ex ἐν, & ταμιεύω, *recondo.*

Ἐντάμνω, incido. Ionice. Ab ἐντέμνω.

Ἐντανύω, f. ύσω, intendo. Νευρὴν ἐντανύσειν, Odyſſ. 21, 97. Ex ἐν, & τανύω, *tendo.*

Ἔντασις, εως, ἡ, intenſio. Ab ἐντείνω, *intendo.*

Ἐντάσσω, vel ἐντάττω, inter ordinandum interjicio, interjicio, interpono. Ex ἐν, & τάσσω, *ordino.*

Ἐντατικὸς, ὴ, ὸν, intendendi vim habens. Ab ἐντείνω.

Ἐντατὸς, ὴ, ὸν, intentus. Ab eod.

Ἐνταῦθα, *Adv.* hic, illic, huc, eo. Ab ἔνθα.

Ἐνταυθοῖ, *Adv.* idem & ab eod.

Ἐνταφιάζω, f. άσω, funero, ad ſepulturam corpus compono. Πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με ἐποίησεν, Matt. 26, 12. Ex ἐν, & θάπτω, *ſepelio.*

Ἐνταφιασμὸς, οῦ, ὁ, funeratio. Ab ἐνταφιάζω.

Ἐνταφιαστὴς, οῦ, ὁ, funerator, libitinarius. Ab eod.

Ἐντάφιον, ου, τὸ, ſepultorium linteum. Ab ἐντάφιος.

Ἐνταφιοπώλης, ου, ὁ, qui vendit, quæ ad ſepulturam pertinent, libitinarius. Ex ἐντάφιος, & πωλέω, *vendo.*

Ἐντάφιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſepulcralis, funebris. Ab ἐνθάπτω.

ἜΝΤΕΑ, ων, τὰ, arma; (2) vaſa convivalia.

Ἐντείνω, f. ενῶ, intendo; (2) cædo, ferio. Ἐντείνειν ἐν τῇ ποιήσει, Plat. πληγὰς, Luc. Ἐντείνομαι τόξον, Xen. Ex ἐν, & τείνω, *tendo.*

Ἐντειχίδιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui muris ſe continet, qui muris incluſus eſt. Ab ἐντείχιος.

Ἐντειχίζω, f. ίσω, munimentum & murum ædifico. Ex ἐν, & τειχίζω, *murum ædifico.*

Ἐντείχιος, ου, ὁ ϗ ἡ, muro cinctus. Ex ἐν, & τεῖχος, *murus.*

Ἐντείχισις, εως, ὁ, muri ſeu munimenti in loco aliquo excitatio, ſeu muri exſtructio. Ab ἐντειχίζω.

Ἐντεκνέω, ῶ, f. ήσω, liberos procreo in. Ex ἐν, & τέκνον, *filius.*

Ἐντελευτάω, ῶ, f. ήσω, finio vitam in, morior in. Ex ἐν, & τελευτάω, *morior.*

Ἐντελέχεια, ας, ἡ, perfectio; (2) actus. Ab ἐντελεχής.

Ἐντελεχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, perfectus; (2) adſiduus. Vide ἐνδελεχής.

Ἐντελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, perfectus, abſolutus. Ex ἐν, & τέλος, *finis.*

Ἐντέλλω, & ἐντέλλομαι, mando, jubeo. Τοῖς κόραξιν ἐντελοῦμαι διατρέφειν σε ἐκεῖ, 1 Reg. 17, 4. Ἐντέταλται ἡμῖν ὁ Κύριος, Act. 13, 47.

Ἐντελόμισθος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui plenam & perfectam accipit mercedem. Ex ἐντελὴς, & μισθὸς, *merces.*

Ἐντελῶς, *Adv.* perfecte, abſolute, complete. Ab ἐντελής.

Ἐντέμνω, incido; (2) cæſas ſeu mactatas hoſtias immolo; (3) dedico. Ἐντεμεῖν σφάγια Περιφήμῳ, Plut. Ex ἐν, & τέμνω, *ſeco.*

Ἐντενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, intentus, contentus. Ab ἐντείνω.

Ἐντενίζω, f. ίσω, oculos defigo. Ab ἐντενής.

Ἐντερεύω, f. εύσω, exentero. Ex ἐν, & ἔντερον, *inteſtinum.*

Ἐντερικὸς, ὴ, ὸν, inteſtinalis. Ab ἔντερον.

Ἐντεριώνη, ης, ἡ, interior pars cujuslibet rei, ut medulla, nucleus, &c. (2) intima pars navis. Ab eod.

Ἐντεριωνὶς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.

Ἐντεροεπιπλοκήλη, ης, ἡ, tumor ſcroti inteſtino & omento ſimul in ipſum devolutis. Ex ἔντερον, & ἐπιπλοκήλη, *hernia,* quum omentum deſcendit in ſcrotum.

Ἐντεροκήλη, ης, ἡ, ramex, tumor ſcroti ex delapſo in id inteſtino. Ex ἔντερον, & κήλη, *ſcroti tumor.*

Ἐντεροκηλήτης, ου, ὁ, ramicoſus. Gl. V.

Ἐντεροκηλικὸς, idem.

Ἔντερον, ου, τὸ, inteſtinum. Ab ἐντός.

Ἐντερόνεια, ων, τὰ, interiora navis ligna, quæ a carina initium ducunt; (2) ipſa carina navis. Ab ἔντερον.

Ἐντεσιέργος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubjugalis. Epith. mulorum. Ex ἔντεα, & εἴργω, *coerceo.*

Ἐντεσιουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, armorum opifex. Ex ἐν, ἔργον, & ἔντεα.

Ἐντεταμένως, *Adv.* vehementer. Ab ἐντεταμένος, quod eſt ab ἐντείνω.

Ἐντεῦθεν, *Adv.* hinc, ex eo, exinde. Ab ἔνθα.

Ἐντευθενὶ, *Adv.* idem & ab eod.

Ἔντευξις, εως, ἡ, aditus; (2) poſtulatio, interpellatio, preces. Ab ἐντυγχάνω.

Ἐντευκτικὸς, ὴ, ὸν, qui conveniri & compellari facile poteſt, adfabilis, comis. Ab eod.

Ἔντεφρος, ου, ὁ ϗ ἡ, in quo cinis eſt; (2) cinereus; (3) referens id, in quo cinis eſt. Ex ἐν, & τεφρὸς, *cinis.*

Ἐντεχνία, ας, ἡ, peritia, doctrina, eruditio. Ab ἔντεχνος.

Ἔντεχνος, ου, ὁ ϗ ἡ, doctus, artibus inſtructus, peritus; (2) ab arte profectus, artificioſus. Ex ἐν, & τέχνη, *ars.*

Ἐντήκω, f. ξω, illiquefacio, inſtillo; (2) imprimo. Μῖσός τε γὰρ παλαιὸν ἐντέτηκέ μοι, Soph. El. 1324. Ex ἐν, & τήκω, *liquefacio.*

Ἐντίθημι, f. ήσω, impono; (2) inſero, indo, immitto. Ἐνέθηκε δὲ χειρὶ ἅρπην καρχαρόδοντα, Heſiod. Θεογ. 174. Ex ἐν, & τίθημι, *pono.*

Ἐντίκτω, pario intus; (2) ingenero, inſero, Ἵνα τῆς ἐκείνων ἀρετῆς τοῖς ἀκούουσιν ἐντέκῃ λόγον ἄξιον, Longin. 16. Ex ἐν, & τίκτω, *pario.*

Ἐντιλάω, ῶ, f. ήσω, incaco, caco in vel ad; (2) merda ſeu ſtercore inquino. Ex ἐν, & τιλάω, *inquino*.

Ἐντιμάομαι, ῶμαι, ſuo pretio æſtimo. Ex ἐν, & τιμάω, *æſtimo*.

Ἔντιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in honore & pretio habetur, ſpectabilis, honorabilis, honeſtus, honorificus. Ex ἐν, & τιμὴ, *honor*.

Ἐντιμότης, ητος, ἡ, dignitas. Ab ἔντιμος.

Ἐντίμως, *Adv.* honeſte, honorifice, maximo in honore. Ab eod.

Ἐντιναγμὸς, οῦ, ὁ, incuſſio. Ab ἐντινάσσω.

Ἐντινάσσω, vel ἐντινάττω, f. ξω, incutio. Ex ἐν, & τινάσσω, *quatio*.

Ἔντμημα, ατος, τὸ, inciſura. Ab ἐντέμνω.

Ἐντολὴ, ῆς, ἡ, mandatum. Ab ἐντέλλομαι.

Ἔντομα, ων, τὰ, inſecta, ut veſpæ, formicæ, &c. victimæ, inferiæ. Ab ἐντέμνω.

Ἐντομὴ, ῆς, ἡ, inciſio. Ab eod.

Ἐντόμια, τὰ, inſecta.

Ἐντομίας, ου, ὁ, eunuchus, ſpado, exſectus. Ab eod.

Ἐντομίδης, ου, ὁ, qui in funere ſe laniat, aut qui τὰ ἔντομα, i. e. inſecta mactat, aut inferias infert.

Ἐντομὶς, ίδος, ἡ, inciſio, inciſura; (2) laceratio corporis, quæ ab ethnicis in luctu fiebat. Ab eod.

Ἔντομος, ου, ὁ καὶ ἡ, exſectus, caſtratus. Ab eod.

Ἐντονία, ας, ἡ, firmitas, intenſio. A ſeq.

Ἔντονος, ου, ὁ καὶ ἡ, intentus; (2) acer, vehemens. Ab ἐντείνω.

Ἐντόνως, *Adv.* intente; (2) acriter, enixe. Ab ἔντονος.

Ἐντοπίζω, f. ίσω, in loco meo me contineo; (2) in loco aliquo dego, ſedem non muto. Ab ἐντόπιος.

Ἐντόπιος, ου, ὁ καὶ ἡ, inquilinus, ejus loci incola. Ex ἐν, & τόπος, *locus*.

Ἐντορεύω, f. εύσω, perforo; (2) ferro trajicio; (3) penetro; (4) torno inſculpo, torno imprimo. Ex ἐν, & τορεύω, quod idem notat.

Ἔντορνος, ου, ὁ καὶ ἡ, tornatus, torno inciſus, torno confectus. Ex ἐν, & τόρνον, *tornus*.

Ἐντὸς, *Adv.* intus, intra. Ab ἐν.

Ἔντοσθε, *Adv.* intus, intra. Ab ἐντός.

Ἐντοστηθίδια, τὰ, interiora pectoris. Poll. Ex ἐντὸς, & στῆθος, *pectus*.

Ἔντοσθι, *Adv.* intus, intra. Ab ἐντός.

Ἐντόσθια, ων, τὰ, inteſtina, viſcera. Ab ἐντός.

Ἐντοσθίδια, ων, τὰ, idem & ab eod.

Ἐντραγεῖν, comedere.

Ἐντραπεζίτης, ου, ὁ, paraſitus, menſæ adſecla. Ex ἐν, & τράπεζα.

Ἐντραπεζίτις, ιδος, ἡ, femina alienas menſas ſectans, paraſita. Ab ἐντραπεζίτης.

Ἐντραχὺς, in quo aſperitas eſt. Ex ἐν, & τραχὺς, *aſper*.

Ἐντρεπτικὸς, ἡ, ὸν, pudefaciendi vim habens, pudore adficiens. Ab ἐντρέπω.

Ἐντρεπτικῶς, *Adv.* pudore reprehenſum adficiendo. Ab ἐντρεπτικός.

Ἐντρέπω, f. ψω, pudore adficio, facio, ut præ pudore aliquis faciem avertat. Hinc (2) ἐντρέπομαι, pudore ſuffundor, verecundor, revereor; (3) curo, curam habeo; (4) mutor, flector. Οὐκ ἐντρέπων ὑμᾶς γράφω ταῦτα, 1 Cor. 4, 14. Ἄνθρωπον μὴ ἐντρεπόμενος, Luc. 18, 2. Ex ἐν, & τρέπω, *verto*.

Ἐντρέφω, f. θρέψω, innutrio, nutrio, vel alo in. Μακρῷ χρόνῳ βασιλικῇ ἐξουσίᾳ ἐντεθραμμένη. Herodian. Ex ἐν, & τρέφω, *nutrio*.

Ἐντρέχεια, ας, ἡ, diſcurſus; (2) diligentia, induſtria. Ab ἐντρεχής.

Ἐντρεχὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, velox; (2) diligens, acer. Ab ἐντρέχω.

Ἐντρέχω, incurro; (2) convenio, quadro; (3) inhæreo, inſideo. Ἐντρέχοι ἀγλαὰ γυῖα, Il. 19, 385. Ex ἐν, & τρέχω, *curro*.

Ἐντρεχῶς, citate, ſolerter. Ab ἐντρεχής.

Ἐντριάνας, cum tridente incedens, epitheton Neptuni, Pind. Ex ἐν, & τρίαινα, *tridens*.

Ἐντριβὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, diligenter verſatus in aliqua re, adſuetus, tritus. Ἀρχαῖς τε καὶ νόμοισιν ἐντριβὴς, Soph. Antig. 183. Ab ἐντρίβω.

Ἐντρίβω, f. ψω, intero, infrico; (2) infligo, incutio, impingo. Ex ἐν, & τρίβω, *tero*.

Ἔντριμμα, ατος, τὸ, id, quod infricatur faciei, fucus, ceruſſa. Ab ἐντρίβω.

Ἔντριτος, ου, ὁ καὶ ἡ, triplex. Ex ἐν, & τρίτος, *tertius*.

Ἔντριτος, ου, ὁ, mediator inter duos, ſequeſter. Ex iiſd.

Ἔντριχον, ου, τὸ, coma appoſititia, galericulum. Ab ἔντριχος.

Ἔντριχος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui galericulo utitur ob comarum penuriam. Ex ἐν, & θρὶξ, *coma*.

Ἐντρίχωμα, ατος, τὸ, pars ſub oculis ſ. extima palpebra, qua pili longiuſculi enaſcuntur. Ab ἔντριχος.

Ἐντρίχωσις, εως, ἡ, palpebra. Ab eod.

Ἔντριψις, εως, ἡ, infricatio. Ab ἐντρίβω.

Ἔντρομος, ου, ὁ καὶ ἡ, tremefactus. Ex ἐν, & τρόμος, *terror*.

Ἐντροπαλίζομαι, convertor, reſpecto intereundum. Ex ἐν, & τροπαλίζω, *verto*.

Ἐντροπὴ, ῆς, ἡ, verecundia, pudor, pudefactio, reverentia, reſpectus. Ab ἐντρέπω.

Ἐντροπίας, ου, ὁ, mutatus, ut ἐντροπίας οἶνος, vappa. Ab ἐν, & τροπὴ, *mutatio*.

Ἐντροπίδες, ων, αἱ, calceamenta quædam. Ab eod.

Ἔντροφος, ου, ὁ καὶ ἡ, innutritus, adſuefactus in. Ab ἐντρέφω.

Ἐντρυλίζειν, inclamare in aurem, coturnici ſc. victo in certamine; nam peculiariter id ſic dicebatur. Ab ἐν, & τρυλίζειν, idem. Jul. Poll.

Ἐντρυφάω, ῶ, f. ήσω, oblecto me; (2) luxurioſe utor; (3) ludificor, illudo, inſulto. Υἱὸς ἐντρυφῶν τῇ μητρὶ, Plut. Ἐντρυφήσατε ἐπὶ τῆς γῆς, Jac. 5, 5. Ex ἐν, & τρυφάω, *delicate vivo*.

Ἐντρύφημα, ατος, τὸ, oblectamentum, deliciæ. Ab ἐντρυφάω.

Ἐντρώγω, unde ἐντρωγεῖν, in a. 2. comedens ingero in ventriculum; (2) comedo. Ex ἐν, & τρώγω, *arrodo*.

Ἐντυγχάνω, f. ἐντεύξομαι, a. 2. ἐνέτυχον, Perf. ἐντετύχηκα, occurro alicui; (2) compello, adeo aliquem precandi cauſſa, interpello; (3) invenio. Τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω, Soph. Aj. 433. Εἰ γὰρ ἐντύχῃ τις ἥρωϊ τῶν βροτῶν νύκτωρ Ὀρέστῃ, Ariſt. Av. 1497. Ex ἐν, & τυγχάνω, *ſortior, adipiſcor, ſum*.

Ἐντυλίσσω, vel ἐντυλίττω, f. ξω, involvo. Ἐν ἱματίοισι ἐντετυλίχθαν, Ariſt. Nub. 983. Ex ἐν, & τυλίσσω, *in modum culcitræ involvo*.

Ἐντυλόω, ῶ, f. ώσω, callum obduco. Ex ἐν, & τυλόω, quod idem notat.

Ἐντύνω, f. υνῶ, apparo, adorno, inſtruo. Πλωτῆρσι λαμπαδοῦχον ἐντυνεῖ δρόμον, Lyc. 734. Ab ἔντεα, *arma*.

Ἐντυπὰς, *Adv.* impreſſo corporis veſtigio; (2) obvolutim. Ab ἔντυπος.

Ἔντυπος, ου, ὁ καὶ ἡ, impreſſus. Ex ἐν, & τύπος, *forma*.

Ἐντυπόω, ῶ, f. ώσω, imprimo; (2) formam & effigiem exprimo, cudo. Φασὶ τὸν Φειδίαν τὸ ἑαυτοῦ πρόσωπον ἐντυπώσασθαι, Ariſtot. Ab ἔντυπος.

Ἐντύπωσις, εως, ἡ, humeri acetabulum, ubi iſte cum brachio coaleſcit. Ab ἐντυπόω.

Ἐντυπωτὴς, οῦ, ὁ, impreſſor. Ab eod.

Ἐντυραννέομαι, οῦμαι, tyranno ſubjectus ſum. Ex ἐν, & τυραννέομαι, quod idem ſignificat.

Ἐντύφω, incendo; (2) intus foveo; (3) foveo. Ex ἐν, & τύφω, *incendo*.

Ἐντυχία, ας, ἡ, congreſſus, colloquium, compellatio. Ab ἐντυγχάνω.

Ἐντύω, paro, adorno, inſtruo. Ab ἔντεα.

Ἐνυάλιος, ου, ὁ, Mars; (2) bellicoſus, Martius. Ab Ἐνυὼ, *Bellona*.

Ἐνυβρίζω, f. ίσω, contumelia adficio, injurius & contumelioſus ſum in aliquem. Τὸ σὸν φράσον αὖθις πάλιν μοι πρᾶγμ᾽, ὅτῳ σ᾽ ἐνύβρισαν, Soph. Phil. 341. Ex ἐν, & ὑβρίζω, *contumelioſus ſum*.

Ἐνύβρισμα, ατος, τὸ, contumelia, ludibrium. Ab ἐνυβρίζω.

Ἐνυγροθηρευτὴς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, piſcator. Ex ἔνυγρος, & θηρευτὴς, *venator*.

Ἔνυγρος, ου, ὁ καὶ ἡ, humidus, madens; (2) in humido degens, aquatilis. Ex ἐν, & ὑγρὸς, *humidus*.

Ἐνυδρία, ας, ἡ, aquæ copia, aquatio. Ab ἔνυδρος.

Ἐνυδρίς, ίδος, vel ἔνυδρις, ιδος, ἡ, lutra. Ab eod.

Ἐνυδρόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, in aqua vivens, aquatilis. Ex ἔνυδρος, & βίος, *vita*.

Ἔνυδρος, ου, ὁ καὶ ἡ, aquas in ſe habens; (2) aquis abundans, aquis irriguus; (3) in aquis degens, aquaticus. Ex ἐν, & ὕδωρ, *aqua*.

Ἐνυδρόω, ῶ, f. ώσω, aquoſum reddo. Ab ἔνυδρος.

Ἐνυεῖον, ου, τὸ, templum Bellonæ, vel etiam Martis. Ab Ἐνυώ.

Ἔνυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui ineſt materia, materia conſtans, materialis. Ex ἐν, & ὕλη, *materia*.

Ἐνυμενόσπερμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſemen habens membranis incluſum. Ex ἐν, ὑμὴν, *hymen*, & σπέρμα, *ſemen*.

Ἐνυπάρχω, f. ξω, inſum, contineor, ſum inſitus; (2) antecedo. Ex ἐν, & ὑπάρχω, *ſum*.

Ἐνυπνιάζω, & ἐνυπνιάζομαι, ſomnio. Ἐνυπνιάζει τῶν ζώων μάλιστα ὁ ἄνθρωπος, Ariſtot. Ἐνύπνια ἐνυπνιασθήσονται, Act. 2, 17. Ab ἐνύπνιον.

Ἐνυπνιαστὴς, οῦ, ὁ, ſomniator. Ab ἐνυπνιάζω.

Ἐνύπνιον, ου, τὸ, inſomnium. Hinc *Adv* ἐνύπνιον, per ſomnum. Ex ἐν, & ὕπνος, *ſomnus*.

Ἐνυπόστατος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſubſiſtit, reveraque in rerum natura exſiſtit. E ἐν, & ὑφίστημι, *ſubſiſto*.

Ἔνυστρον, ου, τὸ, magnum inteſtinum. E ἐν, & ὕστερος, *poſterior*, quia eſt in poſtrema corporis parte.

Ἐνυφαίνω, intexo. Ex ἐν, & ὑφαίνω, *tex*

ἘΝΥΩ', όος, *contr.* οῦς, ἡ, Enyo, Bellon Dea belli, Martis ſoror.

Ἔνωμος, ου, ὁ καὶ ἡ, cui adhuc aliquid cruditatis ineſt, crudiuſculus, acerbus. E ἐν, & ὠμὸς, *crudus*.

Ἐνωμοτάρχης, ου, ὁ, qui præeſt certo numer militum, qui ἐνωμοτία dicebatur.

Ἐνωμοτία, ας, ἡ, apud Laced. certus numerus militum, videlicet viginti quatuor, vel ſecundum alios, 25. Ab ἐνώμοτος, *juratus*.

Ἐνώμοτος, ου, ὁ καὶ ἡ, juratus, qui juravit, juramento obſtrictus. Ex ἐν, & ὄμνυμι, *juro*.

Ἐνωμότως, *Adv.* cum jurejurando, addito jurejurando. Ab ἐνώμοτος.

Ἐνωπαδὶς, *Adv.* coram. Ab ἐνωπή.

Ἐνωπαδίως, coram. Ab eod.

Ἐνωπὴ, ῆς, ἡ, adſpectus. Ex ἐν, & ὢψ, *oculus*.

Ἐνωπῇ, *Adv.* manifeſte, coram. Dat. ab ἐνωπή.

Ἐνώπια, τὰ, apud Hom. paries vicinus oſtio, aut adverſus.

Ἐνωπιδίως, coram.

Ἐνώπιον, *Adv.* in conſpectu, coram. Ab eod.

Ἐνώπιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui in alicujus præſentia aliquid facit aut dicit. Ab ἐνωπή.

Ἐνωραΐζομαι, f. ίσομαι, placeo mihi, oſtento me in. Γυναιοῖς ἐνωραϊζόμενος, Luc. Ex ἐν, & ὡραΐζομαι, *exorno me*.

Ἔνωρος, in flore ætatis conſtitutus, tempeſtivus, vegetus. Ab ἐν, & ὥρα, *tempus*.

Ἐνὼς, ὁ, *Enos*. Nomen viri Hebr. ἄκλιτον, *homo*.

Ἕνωσις, εως, ἡ, unitas, unitio. Ab ἑνόω, *unio*.

Ἐνωτίζομαι, f. ίσομαι, auribus percipio. Ἐνωτίσασθε τὰ ῥήματά μου, Act. 2, 14. Ab ἐν, & οὖς, *auris*.

Ἐνώτιον, ου, τὸ, inauris. Pl. ἐνώτια, τὰ, inaures. A ἐνώτη.

Ἑνωτικὸς, ἡ, ὸν, q. d. unitivus, adunitivus, vim uniendi habens. Ab ἑνόω, *unio*.

Ἐνὼχ, ὁ, *Enoch*. Nomen viri Hebr. ἄκλιτον, *conſecratus*.

Ἔνωχρος, ου, ὁ καὶ ἡ, in quo pallor eſt, pallidus. Ex ἐν, & ὠχρὸς, *pallidus*.

ἝΞ, οἱ, αἱ, τὰ, ſex.

ἘΞ, *Præpoſ.* e, ex, ſequente vocali, vel diphthongo, quæ ἐκ ſcribitur ſequente conſona. Vide ἐκ.

Ἐξάγαστος, ου, ὁ καὶ ἡ, admiratione dignus, admirabilis. Ex ἐξ, & ἀγαστὸς, quod idem notat.

Ἐξαγγελεὺς, έως, ὁ, nuncius, nunciator, renunciator. Ex ἐξ, & ἄγγελος, *nuncius*.

Ἐξαγγέλλω, f. ελῶ, enuncio, prædico, annuncio. Πῶς σὺ αὐτὸ ἐξαγγέλλεις; Plut. Ex ἐξ, & ἀγγέλλω, *nuncio*.

Ἐξαγγελία, ας, ἡ, nunciatio; (2) evulgatio, enunciatio; (3) annunciatio. Ab ἐξάγγελος.

Ἐξάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui nunciat iis, qui foris ſunt, ea, quæ intus fiunt, enunciator; (2) index, qui in fabulis aliquid e ſcena adfert. Ex ἐξ, & ἄγγελος, *nuncius*.

Ἐξαγγελτικὸς, ἡ, ὸν, nunciativus. Ab ἐξάγγελτος.

Ἐξάγγελτος, ου, ὁ καὶ ἡ, de quo nuncius adlatus eſt, detectus, patefactus per nuncium. Ab ἐξαγγέλλω.

Ἐξαγγίζω, f. ίσω, evacuo e vaſe. Ex ἐξ, & ἄγγος, *vas*.

Ἐξάγιον, ου, τὸ, ſextula, pondus pendens quatuor ſcrupula. Ex ἐξ, & ἄγω, *pendo*.

Ἐξάγιστος, impurus. Ex ἐξ, & ἄγος, *ſcelus*.

Ἐξαγκωνίζω, f. ίσω, manus lateribus inſero, ut cubiti emineant. Ex ἐξ, & ἀγκὼν, *cubitus*.

Ἐξαγοράζω, f. άσω, redimo. Ἐξαγοράζει κόσμον μεγάλης τιμῆς, Nazian. Ex ἐξ, & ἀγοράζω, *emo*.

Ἐξαγόρευσις, εως, ἡ, indicatio rei arcanæ. Ab ἐξαγορεύω.

Ἐξαγορεύω, f. εύσω, effutio, enarro, confiteor. Ἑκάστη ὃν γόνον ἐξαγόρευεν, Odyſſ. 11, 233. Ex ἐξ, & ἀγορεύω, *concionor*.

Ἐξαγριαίνω, effero, exaſpero, exacerbo. Ex ἐξ, & ἀγριαίνω, *ferocem reddo*.

Ἐξαγριόω, ῶ, f. ώσω, aggreſtem reddo; (2) effero, exaſpero. Ὑπὸ τοῦ λόγου ἤρξατο ἐξαγριαίνεσθαι, Plat. Ex ἐξ, & ἀγριόω, *effero*.

Ἐξαγρίωσις, εως, ἡ, mutatio in naturam ſilveſtrem; (2) efferatio, exaſperatio. Ab ἐξαγριόω.

Ἐξάγω, educo; (2) exporto; (3) ſubduco; (4) proveho; (5) induco, incito, impello; (6) perduco; (7) exeo. Οὓς ἐξῆγον κλαίοντας ἀεὶ, Ariſt. Pace, 743. Ἐξήχθη ὁ περίβολος, exſtructus, Thuc. Ex ἐξ, & ἄγω, *duco*.

Ἐξαγωγὴ, ῆς, ἡ, eductio; (2) exportatio; (3) demigratio e vita, mors violenta. Ab ἐξάγω.

Ἐξαγώγιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui exportatur. Hinc τὰ ἐξαγώγιμα, ων, merces, quæ exportantur. Ab eod.

Ἑξαγώνιος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſexangulus, qui ſex habet angulos. Ex ἓξ, & γωνία, *angulus*.

Ἑξάγωνος, ου, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἑξαδάκτυλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſex habens digitos. Ex ἓξ, & δάκτυλος, *digitus*.

Ἑξάδαρχος, ου, ὁ, ſex virorum præfectus. Ex ἓξ, & ἄρχων, *præfectus*.

Ἐξάδελφος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui natus ex fratre vel ſorore eſt. Ex ἐξ, & ἀδελφὸς, *frater*.

Ἑξάδραχμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſex drachmarum eſt, qui ſex drachmis venditur. Ex ἓξ, & δραχμὴ, *drachma*.

Ἐξαδρύνεσθαι, ad perfectam maturitatem pervenire. Ab ἐξ, & ἀδρύνεσθαι, *creſcere*.

Ἐξαδυνατέω, ῶ, f. ήσω, elangueo, debilior fio, deficio. Ἐξαδυνατεῖν τῷ σώματι, Plut. Ex ἐξ, & ἀδυνατέω, quod idem notat.

Ἐξᾴδω, excanto, incantatione libero. Ex ἐξ, & ᾄδω, *canto*.

Ἐξαείρω, extollo, elevo. Ex ἐξ, & ἀείρω, *tollo*.

Ἐξαερόω, ῶ, f. ώσω, in aërem converto, extenuo. Hinc ἐξαερόομαι, in aërem convertor, evaneſco. Ex ἐξ, & ἀὴρ, *aër*.

Ἑξάετες, *Adv.* per ſex annos, ſexennio. Ab ἑξαετής.

Ἑξαέτης, ου, ὁ, ſexennis. Ex ἓξ, & ἔτος, *annus*.

Ἑξαετὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, idem & ex iiſd.

Ἑξαετία, ας, ἡ, ſexennium. A præc.

Ἑξαήμερος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſex dies habens vel durans. Hinc τὸ ἑξαήμερον, ου, ſpatium ſex illorum dierum, quo mundus a Deo conditus fuit. Ex ἓξ, & ἡμέρα, *dies*.

Ἐξαθερίζω, f. ίσω, vilipendo, contemno. Ex ἐξ, & ἀθερίζω, quod idem notat.

Ἐξαθυμέω, ῶ, penitus deficior animo, exanimor. Ex ἐξ, & ἀθυμέω, *deficior animo*.

Ἐξαιθριάζω, f. άσω, ſereno cœlo expono; (2) in ſereno habeo, ſub dio habeo; (3) ad ſolem expono, inſolo. Ex ἐξ, & αἰθριάζω, *ſerenum reddo*.

Ἐξαιμάσσω, & ἐξαιμάττω, f. ξω, cruento. Ab ἐξ, & αἱμάσσω, idem.

Ἐξαιματόω, ῶ, f. ώσω, in ſanguinem verto. Ex ἐξ, & αἷμα, *ſanguis*.

Ἐξαιμάτωσις, εως, ἡ, ipſa actio vertendi in ſanguinem, ſanguinis effectio vel generatio. Ab ἐξαιματόω.

Ἔξαιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſanguine deſtitutus; (2) qui multum ſanguinis effudit, exſanguis. Ex ἐξ, & αἷμα, *ſanguis*.

Ἐξαίνυμαι, aufero, privo. Φίλον δ' ἐξαίνυτο θυμὸν ἀμφοτέροιν, Il. 5, 155. Ex ἐξ, & αἴνυμαι, quod idem notat.

Ἐξαιρέσιμος, η, ον, exemptilis. A ſeq.

Ἐξαίρεσις, εως, ἡ, exemptio; (2) eductio; (3) exceptio; (4) locus in portu, in quem merces e navibus exponuntur. Ab ἐξαιρέω.

Ἐξαίρετος, ου, ὁ καὶ ἡ, exemptus e numero, ſelectus, eximius, peculiaris. Ab eod.

Ἐξαιρέτως, *Adv.* eximie, præcipue, inprimis, potiſſimum. Ab ἐξαίρετος.

Ἐξαιρέω, ῶ, & ἐξαιρέομαι, οῦμαι, eximo, eruo, educo, aufero, extraho; (2) ſecerno, ſeligo tamquam eximium; (3) diripio, populor; (4) everto, expugno. Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἐξελῶ 'κ τῆς οἰκίας, Ariſt. Nub. 800. Ἐξαιρεῖσθαι τῆς μέμψεως, liberari. Ἡδοναῖς ἀμοχθον ἐξαίρει βίον, exigit, Soph. Trach. 150. Εἴτις αὐτὸν ἐλπίσιν κεναῖς πάρος ἐξῆρετ', elatus, id. El. 1488. Τίς τὴν ἀγαπητὴν παῖδά σου 'ξηρήσατο; Ariſt. Θεσμ. 768. Ex ἐξ, & αἱρέω, *capio*.

Ἐξαιρόομαι, οῦμαι, f. ώσομαι, in lolium vertor, ſeu tranſeo. Ex ἐξ, & αἶρα, *lolium*.

Ἐξαίρω, f. αρῶ, tollo, effero, extollo; (2) tollo e medio, aufero; (3) effero, exporto; (4) aufero, eximo. Ἐξαίρειν τῷ ἵππῳ τὸν χαλινὸν, Xen. Ἐς ὄγκον ἐξαρθεὶς, Plat. Ex ἐξ, & αἴρω, *tollo*.

Ἐξαίσιος, ου, ὁ καὶ ἡ, iniquus; (2) indecens; (3) ingens, immenſus. Ex ἐξ, & αἶσα, *ſors*.

Ἐξαΐσσω, f. ξω, proſilio alicunde, cum impetu prodeo. Ἐξηξάτην οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεώ, Ariſt. Plut. 732. Ex ἐξ, & ἀΐσσω, *ruo*.

Ἐξαϊστόω, f. ώσω, memoriam alicujus aboleo, facio, ut de aliquo nec ſciri quidpiam, nec cognoſci poſſit; (2) deleo, extinguo. Ex ἐξ, & ἀϊστόω, quod idem notat.

Ἐξαιτέω, ῶ, f. ήσω, depoſco, expoſco ad quæſtionem; (2) expeto, poſtulo. Ἐξῄτησεν ἄν με παῖδα τὸν γράφοντα τὰς μαρτυρίας, Dem. Ἐξῃτήσατο ὑμᾶς, Luc. 22, 31. Ex ἐξ, & αἰτέω, *peto*.

Ἐξαίτησις, εως, ἡ, ipſa actio depoſcendi aliquem ad ſupplicium, vel quæſtionem; (2) deprecatio pro reo. Ab ἐξαιτέω.

Ἔξαιτος, eximius. Heſ. Suid. pro ἐξαίρετος.

Ἐξαίφνης, *Adv.* ſubito, repente, quaſi ex occulto adveniendo. Ex ἐξ, & αἴφνης, quod idem notat.

Ἐξαιφνίδιος, ου, ὁ καὶ ἡ, repentinus, ſubitus, improviſus. Ex ἐξ, & αἰφνίδιος, quod idem ſignificat.

Ἐξακανθίζω, f. ίσω, ſpinis privo, ſpinas evello. Ex ἐξ, & ἀκανθίζω, *ſpinoſum reddo*.

Ἐξακανθόω, ῶ, f. ώσω, ſpinoſum, ſeu aculeatum reddo. Ex ἐξ, & ἀκανθόω, quod idem notat.

Ἐξακέομαι, οῦμαι, f. έσομαι, medeor, ſano, perſano; (2) placo; (3) ſarcio. Θυάσθλοις Φεραίαν ἐξακεύμενοι θεὰν, Lyc. 1180. Ex ἐξ, & ἀκέομαι, *ſano*.

Ἐξάκεσις, εως, ἡ, ſanatio. Ab ἐξακέομαι.

Ἐξακεστήριος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſanandi vim habens; (2) expiatorius. Ab eod.

Ἑξάκις, *Adv.* ſexies. Ab ἓξ, *ſex*.

Ἑξακισμύριοι, αι, α, ſexagies mille. Ex ἑξάκις, & μύριοι, *decies mille*.

Ἑξακισχίλιοι, αι, α, ſexies mille. Ex ἑξάκις, & χίλιοι, *mille*.

Ἑξακισχιλιοστὸς, ſexies milleſimus. Ab ἑξακισχίλιοι.

Ἑξάκλινος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſex lectis inſtructus, ſex lectulos habens. Ex ἓξ, & κλίνη, *lectus*.

Ἐξακμάζω,

Ἐξακμάζω, f. άσω, vigorem amitto, flacceſco. Ex ἐξ, & ἀκμάζω, *vigeo.*

Ἐξάκνημος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſex κνήμας, ſ. radios habens.

Ἐξακολουθέω, ῶ, f. ήσω, ſequor. Καὶ πολλοὶ ἐξακολουθήσουσιν αὐτῶν ταῖς ἀπωλείαις, 2 Pet. 2, 2. Ex ἐξ, & ἀκολουθέω, quod idem notat.

Ἐξακοντίζω, f. ίσω, jaculor, jaculum emitto. Ἐξακοντίζειν ἐπί τινα, Plut. τοῖς δόρασιν, Xen. Ex ἐξ, & ἀκοντίζω, *jaculor.*

Ἐξακόντισμα, ατος, τὸ, jaculatio; (2) fulguris genus; (3) ſcatebra; (4) ſanguinis ductus. Ab ἐξακοντίζω.

Ἐξακοντισμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

Ἐξακόσιοι, αι, α, ſexcenti. Ab ἐξ, *ſex.*

Ἐξακοσιοστὸς, ή, όν, ſexcenteſimus. Ab ἐξακόσιοι.

Ἐξάκουστος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui facile exaudiri poteſt; (2) celebris. Ab ἐξακούω.

Ἐξακούω, f. ούσω, exaudio, intelligo. Δίνης πτερωτὸς φθόγγος ἐξακούεται, Ariſt. Av. 1203. Ex ἐξ, & ἀκούω, *audio.*

Ἐξακριβάζω, f. άσω, diligenter & ad amuſſim aliquid facio. Ex ἐξ, & ἀκριβάζω, quod idem notat.

Ἐξακριβόω, ῶ, f. ώσω, idem. Οὐ μὴν ἐξακριβοῦσί γ' πασαῖς ὁμοίως, Ariſtot. Ex ἐξ, & ἀκριβόω, *diligenter & accurate facio.*

Ἐξακρίζω, f. ίσω, ad verticem pertingo, in cacumen evado. Ἐξακρίζετ' αἰθέρα πτεροῖς; Eur. Or. 265. Ex ἐξ, & ἀκρίζω, quod idem notat.

Ἐξακτέος, educendus. Ab ἐξάγω.

Ἐξαλαόω, ῶ, f. ώσω, excæco. Ex ἐξ, & ἀλαόω, quod idem ſignificat.

Ἐξαλαπάζω, f. άσω, & άξω, evacuo, exinanio; (2) diripio, depopulor. Ἕτερος δ' ἑτέρου πόλιν ἐξαλαπάξει, Heſiod. Ἔργ. 187. Ex ἐξ, & ἀλαπάζω, *vaſto.*

Ἐξαλδαίνω, idem quod ſimplex ἀλδαίνω, *germino.*

Ἐξαλέασθαι, evitare, pro ἐξαλεύασθαι, hoc pro ἐξαλεύσασθαι inuſitato. Οὕτως οὔτι που ἐστὶ Διὸς νόον ἐξαλέασθαι, Heſiod. Ἔργ. 105. Ab ἐξ, & ἀλεύομαι, *vito.*

Ἐξάλειπτρον, ου, τὸ, vas unguentarium. Ab ἐξαλείφω, *ungo.*

Ἐξαλείφω, f. ψω, unguentum abſtergo; (2) deleo ungendo; (3) deleo, oblittero; (4) ungo. Οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ τῆς βίβλου τῆς ζωῆς, Apoc. 3, 5. Οὐκ ἂν δυναίμην ἐξαλείψασθαι φρενὸς, Eur. Hec. 590. Εἰς τὸ ἐξαλειφθῆναι ὑμῶν τὰς ἁμαρτίας, Act. 3, 19. Ex ἐξ, & ἀλείφω, *ungo.*

Ἐξάλειψις, εως, ἡ, oblitteratio, deletio, Ab ἐξαλείφω.

Ἐξαλεύω, f. σω, devito, effugio. Ὡς ἂν μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς, Soph. Aj. 665.

Ἐξαλίπτης, ου, ὁ, qui calce, vel alio tectorio illidit. Ab eod.

Ἐξαλίστρα, ας, ἡ, volutabrum, locus, ubi ſe animalia volutant. Ex ἐξ, & ἀλίστρα, quod idem notat.

Ἐξάλιτρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſex librarum eſt. Ex ἐξ, & λίτρα, *libra.*

Ἐξαλίω, f. ίσω, evolvo, volvendo ejicio; (2) e volutabro excito. Ὁ παῖς ἐξαλίσας τὸν ἵππον οἴκαδε ἀπάγει, Xen. Ex ἐξ, & ἀλίω, *volvo.*

Ἐξαλλαγὴ, ῆς, ἡ, immutatio, varietas, diſcrimen. Ab ἐξαλλάττω.

Ἐξάλλαξις, εως, ἡ, alternatio; (2) diverſitas. Ab eod.

Ἐξαλλάσσω, vel ἐξαλλάττω, f. ξω, immu- (2) differo. Ἐξαλλάττειν τῶν ἐναντίων τὴν ἑαυτοῦ γύμνωσιν, Thuc. τῆς ἀρχαίας μορφῆς, Ariſtot. Κακοῖσιν ὅστις μηδὲν ἐξαλλάσσεται, ſemper verſatur, Soph. Aj. 474. Ex ἐξ, & ἀλλάσσω, *muto.*

Ἐξάλλομαι, exſilio. Καί ῥα πολὺ προμάχων ἐξάλμενος ἔστη, pro ἐξαλλόμενος, Il. 17, 343. Ex ἐξ, & ἅλλομαι, *ſalio.*

Ἐξαλλοιόω, ῶ, altero, muto. Ab ἐξ, & ἀλλοιόω, *muto.*

Ἔξαλλος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab aliis diverſus; (2) inuſitatus; (3) egregius; (4) peregrinus. Ex ἐξ, & ἄλλος, *alius.*

Ἐξαλλοτριόω, ῶ, f. ώσω, abalieno, emancipo & vendo aliis. Ex ἐξ, & ἀλλοτριόω, *alieno.*

Ἐξάλλως, *Adv.* alio modo; (2) inuſitate; (3) mirum in modum, inſigniter. Ab ἔξαλλος.

Ἔξαλμα, ατος, τὸ, q. d. exſultatio, deſultatio; (2) eruptio; (3) impetus; (4) ſaltus. Ab ἐξάλλομαι.

Ἔξαλος, ου, ὁ καὶ ἡ, mari exemptus; (2) extra mare poſitus; (3) exſtans mari. Ex ἐξ, & ἅλς, *mare.*

Ἔξαλσις, εως, ἡ, exſultus, ſaltus. Ab ἐξάλλομαι.

Ἐξαλύξαι, & ἐξαλύξασθαι, effugere, devitare. Ab ἐξ, & ἀλύσκω, *vito.*

Ἐξάλφω, idem quod ſimplex ἄλφω, *invenio.*

Ἐξαμαρτάνω, pecco, aberro; (2) peccare facio. Ἐξαμαρτάνειν εἰς τυράννους ἄνδρας, Eur. Med. 308. Ἦ δεινὸν εὖ λέγουσαν ἐξαμαρτάνειν, Soph. El. 1045. Βούλομαι δ', ἄναξ, καλῶς ἐξαμαρτεῖν μᾶλλον, ἢ νικᾶν κακῶς, fruſtrari, Soph. Phil. 94. Ex ἐξ, & ἁμαρτάνω, *pecco.*

Ἐξαμαυρόω, ῶ, f. ώσω, obſcuro, oblittero. Ex ἐξ, & ἀμαυρόω, *obſcuro.*

Ἐξαμάω, ῶ, f. ήσω, demeto, abſcindo. Βρύκουσά σου τοὺς πνεύμονας, καὶ τ' ἄντερ' ἐξαμήσω, Ariſt. Lyſ. 369. Ex ἐξ, & ἀμάω, *meto.*

Ἐξαμβλίσκω, abortio, abortum facio. Ab ἐξαμβλόω.

Ἐξαμβλόω, ῶ, f. ώσω, idem. Φροντίδ' ἐξήμβλωκας ἐξευρημένην, Ariſt. Nub. 137. Ex ἐξ, & ἀμβλόω, *abortio.*

Ἐξάμβλωμα, ατος, τὸ, abortus. Ab ἐξαμβλόω.

Ἐξάμβλωσις, εως, ἡ, idem & ab eod.

Ἐξαμβλώσκω, f. βλώσω, abortio. Ab ἐξαμβλόω.

Ἐξαμείβω, f. ψω, immuto, in varias formas muto; (2) rependo, retribuo. Κακαῖσι ποιναῖς ταῖσδέ μ' ἐξημείψατο, Æſchyl. Ex ἐξ, & ἀμείβω, *muto.*

Ἐξάμειψις, εως, ἡ, immutatio; (2) viciſſitudo. Ab ἐξαμείβω.

Ἐξαμέλγω, f. ξω, emulgeo, mammam exſugo. Ex ἐξ, & ἀμέλγω, *mulgeo.*

Ἐξαμελέω, ῶ, f. ήσω, negligo, contemno. Ἐξημέλητο τὰ τῶν θεῶν αὐτοῖς, Plut. Ex ἐξ, & ἀμελέω, *non curo.*

Ἐξάμετρος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſex metris conſtans; (2) *Subſt.* verſus hexameter. Ex ἐξ, & μέτρον, *menſura, metrum.*

Ἐξαμηναῖος, α, ον, ſemeſtris. Ab ἐξ, & μὴν, *menſis.*

Ἐξαμηνόβιος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſex menſes vivit. Ex ἐξάμηνος, & βίος, *vita.*

Ἐξάμηνος, ου, ὁ καὶ ἡ, ſemeſtris, ſex menſium. Hinc τὸ ἐξάμηνον, ου, ſemeſtre, ſex menſes. Ex ἐξ, & μὴν, *menſis.*

Ἐξαμιλλάομαι, ῶμαι, per contentionem exigo, vel exagito, in certamine expello; (2) inſequor, vexo. Τίνες πολιτῶν ἐξαμιλλῶνταί σε γῆς; Eur. Or. 415. Αἳ τόνδ' ἐξαμιλλῶνται φόβῳ, ibid. 83. Ex ἐξ, & ἀμιλλάομαι, *certo.*

Ἑαμναῖος, αία, αῖον, qui ſex minarum eſt. Ex ἐξ, μνᾶ, *mina.*

Ἐξάμνους, idem & ex iiſdem.

Ἐξάμορον, ου, τὸ, ſexta pars. Ex ἐξ, & μόρος, *pars.*

Ἐξαμπρεύω, f. σω, *traho.* Χ' ὅπως ποτ' ἐξαμπρεύσομεν τοῦτ' ἄνευ κανθηλίου; Ariſt. Lyſ. 289. Ab ἐξ, & ἀμπρεύω, *traho.*

Ἐξαμύνομαι, defendo, tueor. Ex ἐξ, & ἀμύνω, *tueor.*

Ἐξαμυστίσαι, uno ſpiritu epotare. Ab ἐξ, & ἀμυστίζειν, *affatim & ſine reſpiratione bibere.*

Ἐξαμφοτερίζω, f. ίσω, utraque re excido; (2) in dubium pono, dubium facio. Ex ἐξ, & ἀμφοτερίζω, *in utramque partem vergo.*

Ἐξαναγινώσκω, perlego, legendo evolvo. Ἐξαναγνοὺς τὸ βιβλίον, Plut. Ex ἐξ, & ἀναγινώσκω, *lego.*

Ἐξαναγκάζω, f. άσω, cogo, compello, excito, urgeo, inſtigo. Ὁ δ' ἐχθρὸς αὐτοὺς ἐξηνάγκασεν, Ariſt. Av. 382. Ex ἐξ, & ἀναγκάζω, *cogo.*

Ἐξανάδυμι, ἐξαναδύνω, ἐξαναδύομαι, emergo; (2) detrecto. Ἐξαναδύεσθαι μάχης, Plut. Ex ἐξ, & ἀναδύω, *emergo.*

Ἱδρυτέον, ſedendum, collocandum.

Ἱδρυτὸς, ὴ, ὸν, fundatus, firmatus, ſtabilitus. Ab eod.

Ἱδρύω, f. ύσω, ſedere facio, ſtatuo, colloco; & *in Paſſ.* ſtatuor, collocor, ſedeo, inſideo; ἱδρυμένος, perf. paſſ. collocatus, ἱδρύθη, a. 1. paſſ. collocatus eſt. Καὶ ποῦ κλύεις νιν, τέκνον, ἱδρῦσθαι χθονός; commorari, Soph. Trach. 68. Ἀνωφελὴς εὐηθία κατ᾽ οἶκον ἵδρυται γυνὴ, Eur. Hipp. 643.

Ἱδρῶα vel ἱδρῷα, ων, τὰ, morbi ex ſudore puſtulis ulceribuſve ſe exſerentes. Ab ἱδρώς.

Ἱδρὼς, ῶτος, ὁ, ſudor. Ab ἶδος.

Ἵδρωσις, εως, ἡ, ſudatio, ſudoris evocatio. Ab ἱδρόω.

Ἱδρωτήριον, ου, τὸ, ſudatorium. Ab ἱδρόω.

Ἱδρωτικὸς, ὴ, ὸν, ſudare ſolitus, crebro ſudans, ſudatorius. Ab eod.

Ἱδρωτικῶς, *Adv.* propenſe in ſudorem. Ab ἱδρωτικός.

Ἱδρωτοποιέω, ῶ, f. ήσω, ſudorem elicio, & *in Paſſ.* ſudo. Ab ἱδρωτοποιός.

Ἱδρωτοποιΐα, ας, ἡ, ſudoris evocatio, ſudatio. Ab eod.

Ἱδρωτοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, ſudorem eliciens. Ex ἱδρὼς, & ποιέω, *facio*.

Ἱδρώω, ſudo. Ab ἱδρόω, quod idem notat.

Ἰεζαβὴλ, Jezabel. Nomen mulieris ἄκλιτον, Hebr. *In inſula habitans*.

Ἵεμαι, eo cum impetu. Ἱέμενος ποταμοῖο ῥοάων, Odyſſ. 10, 529. Ἄστυδε, ib. 17, 5.

Ἵεμαι, cupio, deſidero. Ἱέμενος νόστοιο, Odyſſ. 15, 69. φιλέειν, ib. 201. ἐπὶ οἰκίαν, Luc. πρὸς τὴν πόλιν, Plut.

Ἱερὰ, τὰ, ſacra, exta.

Ἱερὰ, ᾶς, ἡ, medicamenti quædam compoſitio; (2) ſerpentis nomen. Ab ἱερός.

Ἱεράγγελος, ου, ὁ, qui ſacras celebritates annunciat. Ex ἱερὸς, & ἄγγελος, *angelus*.

Ἱεράκιον, ου, τὸ, hieracium, genus herbæ. Ab ἱέραξ, quoniam ejus ſucco oculorum hebetudini mederi credebantur accipitres.

Ἱερακίτης, ου, ὁ, lapis quidam. Ab eod.

Ἱερακίσκος, ου, ὁ, parvus accipiter. Dim. ab eod.

Ἱεράμοιβοι, οἱ, ſacri vates, προφῆται, Heſ. Ex ἱερὸς, & ἀμοίβω, *commuto, vices ſermonis reddo*.

ἹΕ'ΡΑΞ, ακος, ὁ, accipiter.

Ἱεραοιδὸς, οῦ, ὁ, ſacer cantor, i. e. poëta, Heſ. Ex ἱερὸς, & ἀοιδὸς, *cantor*.

Ἱεράομαι, ῶμαι, ἱεράσομαι, ſacerdos ſum; ἱερωμένη, fœmina ſacerdotio fungens; ἱερασάμην, a. 1. ſacerdos factus ſum. Ἱερᾶσθαι τῆς θεοῦ, Pauſan. τῇ Ἀθηνᾷ, id. Ab ἱερός.

Ἱεραρχέω, ῶ, f. ήσω, ſacris præſum, ſacro imperio & magiſtratu fungor. Ab ἱεράρχης.

Ἱεράρχης, ου, ὁ, qui ſacris præeſt; (2) pontifex, qui ſacris ordinibus præeſt. Ex ἱερὸς, & ἀρχὴ, *principatus*.

Ἱεραρχία, ας, ἡ, ſacrum imperium, imperium in rebus ſacris. Ab ἱεράρχης.

Ἱεραρχικὸς, ὴ, ὸν, pontificialis, ad eum pertinens, qui ſacris præeſt, vel etiam ad hierarchiam ipſam. Ab eod.

Ἱεραρχικῶς, *Adv.* more eorum, qui ſacris præſunt. Ab ἱεραρχικός.

Ἱερατεία, ας, ἡ, ſacerdotium. Ab ἱερατεύω.

Ἱερατεῖον, ου, τὸ, ſacrarium. Ab eod.

Ἱεράτευμα, ατος, τὸ, ſacerdotium. Ab eod.

Ἱερατεύω, & ἱερατεύομαι, ſacerdotio fungor, ſum ſacerdos. Τῷ θεῷ, ᾧ ἱεράτευσε, Herodian. Ab ἱερός.

Ἱερατικὸς, ὴ, ὸν, ſacerdotalis; (2) ſacris uſibus deſtinatus. Ab ἱεράομαι.

Ἱέρεια, ας, ἡ, ſacerdos, *femina*. Ab ἱερεύς.

Ἱερεῖον, ου, τὸ, victima, hoſtia. Ab eod.

Ἱερείτης, ου, ὁ, ſacerdos. Ex Platone. Ab eod.

Ἱερεμίας, ου, ὁ, Hieremias. Nomen Hebr. viri, *Exaltans Deum*.

Ἱερεὺς, έως, ὁ, ſacerdos. Ab ἱερεύω.

Ἱερεύω, f. εύσω, ſacrifico; (2) dico, conſecro. Αὐτὰρ ὁ βοῦν ἱέρευσεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων Πίονα, Il. 2, 402. δυοκαίδεκα μῆλ᾽, Odyſſ. 8, 59. Ab ἱερός.

Ἱέρη, ης, ἡ, ſacerdos, antiſtita, Plut.

Ἱερήιον, Ionice τὸ ἱερεῖον.

Ἱερὶς, ίδος, ἡ, ſacerdos, femina. Ab eod.

Ἱεροβοτάνη, ης, ἡ, verbena. Ab ἱερὸς, & βοτάνη, *herba*.

Ἱερογλύπτης, ου, ὁ, ſacra ſculpens, peritus ſculpendi hieroglyphica. Ex ἱερὸς, & γλύφω, *ſculpo*.

Ἱερογλυφικὰ, ῶν, τὰ, hieroglyphica, ſacra monumenta apud Ægyptios, non litteris, ſed variis figuris animalium, aliarumque rerum conſtantia. Ex iiſd.

Ἱερογλύφος, ου, ὁ, idem qui ἱερογλύπτης.

Ἱερόγλωσσος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſacram linguam habens. Ex ἱερὸς, & γλῶσσα, *lingua*.

Ἱερογραμματεὺς, έως, ὁ, ſcriba rerum ſacrarum, & myſticarum, ſacer ſcriba. Ex ἱερὸς, & γραμματεὺς, *ſcriba*.

Ἱερόγραφα, ων, τὰ, divinarum rerum imagines ſeu adumbrationes. Ex ἱερὸς, & γράφω, *ſcribo, pingo*.

Ἱερογραφία, ας, ἡ, rerum divinarum adumbratio per ſigna quædam. Ex iiſd.

Ἱερογραφούμενα, ων, τὰ, idem quod ἱερόγραφα.

Ἱεροδιδάσκαλος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſacra docet, ſacrorum doctor, qui ad ſacra initiat. Ex ἱερὸς, & διδάσκαλος, *doctor*.

Ἱερόδουλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſacris inſerviens, ædituus; (2) Deo ſacratus. Ex ἱερὸς, & δοῦλος, *ſervus*.

Ἱεροθετέω, ῶ, ſacros ritus inſtituo, ſacros ritus conſtituo. Ab ἱεροθέτης.

Ἱεροθέτης, ου, ὁ, ſacrorum rituum inſtitutor. Ex ἱερὸς, & τίθημι, *conſtituo*.

Ἱεροθήκη, ης, ἡ, ſacrarium, Ph. Ab ἱερὸς, & θήκη, *repoſitorium*.

Ἱερόθυτος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſacrorum ritu mactatus, ſeu immolatus. Hinc τὰ ἱερόθυτα, ων, ſacræ hoſtiæ. Ex ἱερὸς, & θύω, *ſacrifico*.

Ἱεροκήρυξ, υκος, ὁ, ſacer præco, qui in ſacris aliquid edicit. Ex ἱερὸς, & κήρυξ, *præco*.

Ἱεροκόμος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſacrorum curam gerit, ædituus. Ex ἱερὸς, & κομέω, *curo*.

Ἱερολογέω, ῶ, de ſacris rebus loquor; (2) ſacra verba pronuncio. Ex ἱερὸς, & λόγος, *ſermo*.

Ἱερολογία, ας, ἡ, ſacer ſermo, qui in eccleſia pronunciatur. Ex iiſd.

Ἱερομηνία, ας, ἡ, calendæ; (2) dies feſti; (3) feſtivi ludi. Ex ἱερὸς, & μὴν, *menſis*.

Ἱερομνημονέω, ῶ, f. ήσω, fungor munere ἱερομνήμονος. Ab ἱερομνήμων.

Ἱερομνήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, ſacrarum rerum, ſeu ſacrorum rituum memoriæ præfectus, ſacrorum præſul; (2) ſacer ſcriba, qui eſt a commentariis rerum ſacrarum. Ex ἱερὸς, & μνήμων, *memor*.

Ἱερομύστης, ου, ὁ, qui ſacris myſteriis initiat, qui ſacros ritus tradit, ſacrorum antiſtes. Ex ἱερὸς, & μύστης, *myſta*.

Ἱερόμυρτος, ου, ἡ, myrtus acuta, myrtus ſilveſtris. Ex ἱερὸς, & μύρτος, *myrtus*.

Ἱερὸν, οῦ, τὸ, ſacrum, ſacrificium; (2) hoſtia, victima; (3) ſacellum, fanum, templum, delubrum. Ab ἱερός.

Ἱερονίκης, ου, ὁ, victor in ſacris Græcorum certaminibus. Ex ἱερὸς, & νίκη, *victoria*.

Ἱερονόμος, ου, ὁ, ſacræ diſciplinæ magiſter & exactor. Ex ἱερὸς, & νέμω, *diſtribuo, adminiſtro*.

Ἱερόπλαστα, ων, τὰ, rerum divinarum imagines ſeu adumbrationes. Ex ἱερὸς, & πλάστης, *effictor*.

Ἱεροπλαστία, ας, ἡ, rerum divinarum adumbratio per quædam ſigna. Ex iiſd.

Ἱεροποιέω, ῶ, f. ήσω, ſacra facio; (2) dico, conſecro. Εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι, Dem. Ex ἱερὸς, & ποιέω, *facio*.

Ἱεροποιΐα, ας, ἡ, ſacrificatio, ſacrificium. Ab ἱεροποιός.

Ἱεροποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, ſacrificus, ſacrificulus. Ex ἱερὸς, & ποιέω, *facio*.

Ἱερόπολις, εως, ἡ, urbs ſacra, ſancta civitas. Ex ἱερὸς, & πόλις, *urbs*.

Ἱεροπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſanctimoniam præ ſe ferens, ſanctimonia decoratus. Hinc τὸ ἱεροπρεπὲς, έος, ſanctimonia. Ex ἱερὸς, & πρέπει, *decet*.

Ἱεροπρεπῶς, *Adv.* ut decet ſanctum, ut convenit rei ſacræ, ſacro quodam modo. Ab ἱεροπρεπής.

ἹΕΡΟ'Σ, ὰ, ὸν, ſacer, ſanctus, ſacroſanctus, auguſtus.

Ἱεροσαλπιγκτὴς, οῦ, ὁ, tubicen in ſacris; liticen, Ph. Ex ἱερὸς, & σαλπιγκτὴς, *tubicen*.

Ἱεροσκοπέω, haruſpicis ſacerdotio fungor. Ab ἱεροσκόπος.

Ἱεροσκοπία, ας, ἡ, haruſpicina. Ab eod.

Ἱεροσκόπος, ου, ὁ, haruſpex, extiſpex. Ex ἱερὸς, & σκοπὸς, *inſpector*.

Ἱεροσόλυμα, ης, ἡ, vel ων, τὰ, vel Ἱερουσαλὴμ, ἡ, ἄκλιτον, Hieroſylma. Nomen urbis Hebr.

Ἱεροσολυμίτης, ου, ὁ, Hieroſolymitanus. Ab Ἱεροσόλυμα.

Ἱεροσυλέω, ῶ, f. ήσω, ſacrilegium committo. Ὁ βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα, ἱεροσυλεῖς; Rom. 2, 22. Ab ἱερόσυλος.

Ἱεροσυλία, ας, ἡ, ſacrilegium. Ab eod.

Ἱερόσυλος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſacrilegus. Ex ἱερὸν, *ſacrum*, & συλάω, *ſpolio*.

Ἱεροτελεστὴς, οῦ, ὁ, qui ſacris initiat, ſacerdos, epiſcopus. Ex ἱερὸς, & τελέω, *initio*.

Ἱερότυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui ſacra figura impreſſa eſt. Ex ἱερὸς, & τύπος, *figura*.

Ἱερουργέω, ῶ, f. ήσω, ſacra celebro, operor ſacris. Ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, Rom. 15, 16. Ab ἱερουργός.

Ἱερουργία, ας, ἡ, rei divinæ peractio, ſeu operatio, ſacrificium. Ab eod.

Ἱερουργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, divina peragens, divinis operans, ſacrificus, immolator. Ex ἱερὸς, & ἔργον, *opus*.

Ἱεροφαντέω, ῶ, f. ήσω, ſacrorum antiſtes ſum, ſacra doceo. Ab ἱεροφάντης.

Ἱεροφάντης, ου, ὁ, qui ſacra & cærimonias docet, ſacrorum antiſtes. Ex ἱερὸς, & φαίνω, *oſtendo*.

Ἱεροφαντία, ας, ἡ, antiſtitis ſacrorum dignitas; (2) ſacrorum cærimonia. Ab ἱεροφάντης.

Ἱεροφαντικὸς, ἡ, ὸν, ſacerdotalis. Ab eod.

Ἱεροφαντικῶς, *Adv.* more ſacrorum antiſtitum, more ſacerdotum. Ab ἱεροφαντικός.

Ἱεροφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ſacra fert. Ex ἱερὸς, & φέρω, *fero*.

Ἱεροφυλάκιον, ου, τὸ, locus, ubi ſacra cuſtodiuntur, ſacrarium. Ab ἱεροφύλαξ.

Ἱεροφύλαξ, ακος, ὁ, ſacrorum cuſtos, æditutius. Ex ἱερός, & φύλαξ, *cuſtos*.

Ἱερόφωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſacram vocem habens. Ex ἱερὸς, & φωνὴ, *vox*.

Ἱεροψάλτης, ου, ὁ, ſacer cantor, qui ſacra canit, pſaltes in ſacris. Ex ἱερὸς, & ψάλτης, *cantor*.

Ἱερόψυχος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui eſt divinæ mentis, divinum animum habens. Ex ἱερὸς, & ψυχὴ, *anima*.

Ἱερόω, ῶ, f. ώσω, ſacro, dedico, initio, inauguro; ἱερῶσθαι, perf. paſſ. ſacratum, ſacrum eſſe. Partic. ἱερωμένος θεῷ, Deo ſacratus, ſacer. Ab ἱερός.

Ἱέρωμα, ατος, τὸ, quod conſecratum eſt, ſacrum. Ab ἱερόω.

Ἱερώνυμος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui ſacrum eſt nomen. Ex ἱερὸς, & ὄνομα, *nomen*.

Ἱερῶς, *Adv.* ſancte. Ab ἱερός.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, ſacerdotium, pontificatus. Ab ἱερός.

ἹΕΥ͂, hui! (2) irridentis.

Ἰεφθὰς, ὁ, Jephtha. Nomen viri Hebr. ἄκλιτον.

Ἱέω, jacio, jaculor, mitto, immitto; thema inuſ. unde imperf. 3. ſing. in uſu, ἵει, mittebat, jaciebat apud Poët. Τοῖσιν δ' ἴκμενον οὖρον ἵει ἑκάεργος Ἀπόλλων, Il. 1, 479. ὄπα μεγάλην ἐκ στήθεος, ib. 3, 221. ἕνα οἴκονδε, ib. 4, 397. γεινομένοισιν κακότητα βαρεῖαν, ib. 10, 71. ἐς τεῖχος ῥόον, ib. 12, 25. οἰστὸν, ib. 13, 650. Ab ἕω, quod idem notat.

Ἰζάνω, ſedere facio; (2) ſedeo, ſido, peſſum eo, f. ἰζήσω, a. 1. ἴζησα, mutuatur ab inuſit. ἰζέω. Οὔ μοι ἐπ' ὄμμασι νήδυμος ὕπνος Ἰζάνει, Il. 10, 91.

Ἴζημα, ατος, τὸ, ſedimentum. A præc.

ἽΖΩ, f. ἵσω, ſedere facio, colloco; (2) ſedeo; ἵζομαι, ſedeo; (2) ſido. Ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἵζει, Il. 13, 281.

ἸΗ', io! ἰὴ παιὰν, io Pæan.

Ἰὴ, vox; ἰὴν, vocem.

Ἴη, una, ſola. Ab ἴα, *una*, *ſola*.

Ἰήϊος, ου, ὁ, epitheton Apollinis, ab ἰὴ, quod ipſi Pythonem interficienti acclamabatur.

Ἰήκοπος, ου, ὁ ϗ ἡ, doloribus medens. Ab ἰάομαι, & κόπος, *labor*.

Ἰήλεμος, Ion. pro ἰάλεμος, lamentatio.

Ἰηλεμίστρια, ας, ἡ, ploratrix, præfica ex Heſ. quaſi ab ἰηλεμίζειν, quod eſſet *plorare*.

Ἴημα, ατος, τὸ, medicamen, ſanatio. Ion. pro ἴαμα.

Ἵημι, mitto; (2) emitto; ἱεῖσιν, & ἱᾶσι mittunt; ἱέμεν, mittere, & in a. 2. εἷμεν Poët. At f. ἥσω ab ἕω, ut & perf. ἧκα, Poët. ἕηκα, ut in ἀφέηκα, προέηκα; paſſ. ἵεμαι, ſignificat cupio, deſidero. Ἵημι φωνὴν, Plat. διὰ χώρου, Heſiod. Θεογ. 806.

Ἰηπαιήων, ονος, ὁ, Apollinis cognomen ab acclamatione ἰὴ παιάν.

Ἰήσιμος, ſanabilis, Ion. pro ἰάσιμος.

ἸΗΣΟΥ͂Σ, οῦ, ὁ, JESUS, nomen Salvatoris noſtri, origine Hebræum & idem notans, quod Græcum Σωτὴρ, *Servator*, ſeu, quod ſcriptoribus Eccleſiaſticis magis uſitatum eſt, *Salvator*.

Ἰητὴρ, ῆρος, ὁ, medicus. Ion. pro ἰατήρ.

Ἰητρεῖον, ου, τὸ, officina medici, Ion. pro ἰατρεῖον.

Ἰητρος, οῦ, ὁ, Medicus, Ion. pro ἰατρός.

Ἰθαγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, originalis; indigena, q. d. recte natus. Ex ἰθὺ, & γείνομαι, *naſcor*.

Ἰθάκη, ης, ἡ, Ithaca, nomen inſulæ.

Ἰθεῖαν, vel Ion. ἰθείην, recta. Ab ἰθύς.

Ἰθέως, *Adv.* recte; (2) confeſtim, ſtatim. Ab ἰθύς.

Ἴθι, *Adv.* age, agedum. Proprie imperativus eſt ab εἶμι, *eo*, *vado*.

Ἴθμα, ατος, τὸ, greſſus, motus, paſſus. Ab eod.

Ἰθὺ, & ἰθὺς, *Adv.* recta; (2) obviam; (3) ſtatim. Ab ἰθύς.

Ἰθύβολος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui recta jacitur, ſeu projicitur; (2) directus. Ex ἰθὺς, & βάλλω, *jacio*.

Ἰθυδίκης, ου, ὁ ϗ ἡ, cujus judicia recta ſunt. Ex ἰθὺς, & δίκη, *jus*.

Ἰθύδρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, recta currens, rectam viam in currendo tenens. Ex ἰθὺς, & δρόμος, *curſus*.

Ἰθύθριξ, ιχος, ὁ, qui crinibus eſt rectis. Ab ἰθὺς, & θρὶξ, *capillus*.

Ἰθυκέλευθος, ου, ὁ ϗ ἡ, recta via ambulans. Ex ἰθὺς, & κέλευθος, *via*.

Ἰθυμαχίη, ης, ἡ, pugna legitima, quæ aperto Marte fit. Ex ἰθὺς, & μάχη, *pugna*.

ἼΘΥΜΒΟΙ, ων, οἱ, ſaltatores ridicularii, vel ſaltationes ſive cantiones ridiculæ ad Bacchum pertinentes, Poll. Heſ.

Ἴθυνσις, εως, ἡ, directio. Ab ἰθύνω.

Ἰθύντειρα, ας, ἡ, rectrix, moderatrix. Ab ἰθυντήρ.

Ἰθυντὴρ, ῆρος, ὁ, director, rector, moderator. Ab ἰθύνω.

Ἰθυντήριον, ου, τὸ, regimen, Ph. At Heſ. ſceptrum e lauro, quod vates geſtarent. Ab ἰθύνω.

Ἰθυντὴς, οῦ, ὁ, idem quod ἰθυντήρ.

Ἰθύντωρ, ορος, ὁ, idem & ab eod.

Ἰθύνω, rego, dirigo; (2) corrigo; (3) multo. Βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη Ῥῖνα παρ' ὀφθαλμὸν, Il. 5, 291. ἐπὶ στάθμην, Odyſſ. 21, 44. σκολιὸν, Heſiod. Ἔργ. 7. μύθους, ib. 261. Ab ἰθύς.

Ἰθυπετεῖν, recta volare. Ex ἰθὺς, & πέτομαι, *volo*.

Ἰθυπόρος, & ἰθύπορος, ου, ὁ ϗ ἡ, recta procedens. Ex ἰθὺς, & πορεύομαι, *procedo*.

Ἰθυπτίων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, recta volans. Ex ἰθὺς, & πέτομαι, *volo*.

ἸΘΥ'Σ, έος, ὁ, rectus, directus, non obliquus; (2) rectus, verus, apertus. Fem. ἰθεῖα, & ἰθείη. N. ἰθύ.

Ἰθὺς, ύος, ἡ, impetus. Ab ἰθύω.

Ἰθὺς, & ἰθὺ, *Adv.* recta, vel recta in, ad, adverſus; (2) obviam, ex adverſo. Ab ἰθὺς, *rectus*.

Ἰθύτατος, η, ον, rectiſſimus. Ab ἰθύς.

Ἰθυτένεια, ας, ἡ, via in rectum extenſa, via recta. Ab ἰθυτενής.

Ἰθυτενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in rectum extenſus; (2) rectus. Ex ἰθὺς, & τείνω, *tendo*.

Ἰθυτὴς, οῦ, ὁ, director. Ab ἰθύνω.

Ἰθύτομος, ου, ὁ ϗ ἡ, in rectum ſectus; (2) rectus. Ex ἰθὺς, & τέμνω, *ſeco*.

Ἰθύτριχες vide ἰθύθριξ.

Ἰθύφαλλος, ου, ὁ, penis erectus; (2) carmen, quod in erectum penem cantabatur; (3) qui in ſacris Bacchi phallum ſequebatur, muliebri indutus veſte, ac phallium ſeu Ithyphallicum carmen cum tripudio canebat. Ex ἰθὺς, & φαλλὸς, *penis ligneus*.

Ἰθύω, f. ύσω, recta feror, recta pergo; (2) impetu feror, prorumpo; (3) deſiderio alicujus rei feror ſeu agor, incendor deſiderio. Ἴθυσαν δ' ἐπὶ τεῖχος ἀολλέες, Il. 12, 443. Ab ἰθύς.

Ἰθυωρία, ας, ἡ, rectitudo. Ab eod.

Ἰΐζω, æruginem refero, ærugini ſ. ferrugini aſſimilis ſum, Dioſcor. Ab ἰός.

Ἱκανοδοσία, ας, ἡ, ſatisdatio. Theophil. & Ph. Ex ἱκανὸς, & δίδωμι, *do*, unde δόσις, *datio*.

Ἱκανοδότης, ου, ὁ, ſatisdator, Ph. Ab iiſd.

ἹΚΑΝΟ'Σ, ὴ, ὸν, idoneus; (2) ſufficiens, aptus; (3) ſatis magnus, ſatis multus. Hinc ἐξ ἱκανοῦ, ſcil. χρόνου, a multo tempore, ἐφ' ἱκανὸν, diu.

Ἱκανότης, ητος, ἡ, ſufficientia. Ab ἱκανός.

Ἱκανόω, ῶ, idoneum vel ſufficientem reddo. Ὃς ϗ ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους καινῆς διαθήκης, 2 Cor. 3, 6. Ab eod.

Ἱκάνω, convenio, adeo, adſequor, ſupplico, & ἱκάνομαι pro ἱκάνω, venio ſupplex. Ab ἥκω.

Ἱκανῶς, *Adv.* abunde, ſatis, ſufficienter. Ab ἱκανός.

Ἴκελος, έλη, ελον, ſimilis. Ab εἴκελος.

Ἰκελόω, ῶ, adſimilo, ex Vet. Lex. Ab ἴκελος.

Ἱκεσία, ας, ἡ, ſupplicatio, preces ſupplices, deprecatio, preces. Ab ἱκέτης.

Ἱκέσιος, ία, ιον, ſupplicum præſes; (2) ſupplex. Ab eod.

Ἱκετεία, ας, ἡ, ſupplicatio. Ab eod.

Ἱκέτευμα, ατος, τὸ, ſupplicamentum, ſupplicatio. Ab ἱκετεύω.

Ἱκετευτικὴ,

Ἱκετευτικὸς, ὴ, ὸν, ſupplicatorius. A ſeq.

Ἱκετεύω, f. εύσω, ſupplico, ſupplex oro. Ἱκετεύω σε πεφθλῶαι τί μοι, Soph. Oed. Col. 1409. Ἱκετεύω σε τ̃ δὲ γονάτων, ϗ σȣ̃ γενείȣ, Eur. Hec. 741. Ab ἱκέτης.

Ἱκετρία, ας, ἡ, ſupplicatio, deprecatio; (2) oleæ ramus, lana relatus, qualem geſtabant ſupplices. Ab eod.

Ἱκετήριος, ία, ιον, ad ſupplices pertinens, ſupplicibus conveniens, ad ſupplicationem idoneus. Ab eod.

ἹΚΕ´ΤΗΣ, ȣ, ὁ, ſupplex, qui humiliter & more ſervili aliquid orat; (2) cui ſupplicatur; (3) ſervus.

Ἱκετήσιος, ία, ιον, idem quod ἱκέσιος.

Ἱκετικὸς, ὴ, ὸν, ſupplicatorius. Ab ἱκέτης.

Ἱκέτις, ιδος, ἡ, femina, quæ ſupplicat; (2) famula, ſerva. Ab ἱκέτης.

Ἱκετοδόχος, vel ἱκετοδόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſupplicum receptor. Ex ἱκέτης, & δέχομαι, recipio.

Ἱκετώσυνα, ων, τὰ, ſupplicationes. Ab ἱκέτης.

Ἰκμάζω, f. άσω, humecto, humefacio, humidum reddo. Ab ἰκμάς.

Ἰκμαίνω, idem; (2) emollio. Ab eod.

Ἰκμαῖος, Jupiter, q. d. humidus, humidi dator. Ab eod.

Ἰκμαλέος, έα, έον, humidus. Ab eod.

ἸΚΜΑ`Σ, άδος, ἡ, vel ἰκμὰς, humor; (2) vapor.

Ἰκμασία, ας, ἡ, humor, humiditas. Ab ἰκμάζω.

Ἰκμὴς, vel ἴκμενος, humidus, ſecundus, de vento. Ab ἰκμὰς, humor, vel ab ἱκνȣ̃μαι, venio.

Ἴκμη, ης, ἡ, planta quædam humida. Ab ἰκμάς.

Ἰκμοβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, humorem jactans. Ex ἰκμὰς, & βάλλω, jacio.

Ἰκμόβωλον, ȣ, τὸ, gleba humecta. Ex ἰκμὰς, & βῶλος, gleba.

ἹΚΝΕ´ΟΜΑΙ, ȣ̃μαι, venio, advenio; (2) ſubeo; (3) invado; (4) pertineo, tango, (5) ſupplico, obſecro. f. ἵξομαι, & a. 2. ἱκόμην ab inuſ. ἵκομαι Ἐγὼ θαρσȣ̃σα μᾶλλον ἐς λόγȣς τȣ̀ς σȣ̀ς ἱκοίμην, loquerer, Soph. El. 316. Καί σε πρὸς τȣ̃ σȣ̃ τέκνȣ ϗ θεῶν ἱκνȣ̃μαι, Soph. Aj. 589.

Ἱκνȣμένως, Adv. congrue, convenienter. Ab ἱκνέομαι.

ἼΚΡΙ´ΟΝ, ȣ, τὸ, tabula, tabulatum.

Ἰκριοπηγὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui tabulata conficit, ſeu coagmentat. Ex ἰκρίον, & πήγνυμι, compingo.

Ἴκταρ, Adv. juxta, prope; (2) celerrime. Ab ἱκνέομαι.

Ἰκτεράω, ſ. ἰκτεριάω, ῶ, ictero ſeu aurigine laboro, felle ſuffuſus ſum, morbo regio correptus ſum. Ab ἴκτερος.

Ἰκτερικὸς, ὴ, ὸν, ictericus, auruginoſus, luridus, arquatus. Ab ἴκτερος.

Ἰκτεριώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ictero laborans, ictericus. Ab eod.

Ἰκτερόομαι, ȣ̃μαι, f. ώσομαι, idem quod ἰκτεράω.

ἼΚΤΕΡΟΣ, ȣ, ὁ, icterus, morbus regius ſeu arquatus, qui e bile naſcitur; (2) avis galbula.

Ἰκτὴρ, ῆρος, ὁ ϗ ἡ, ſupplex. Ab ἱκέτης.

Ἰκτήριος, ία, ιον, ſupplicatorius, ſupplicibus conveniens, pro ἱκετήριος.

Ἰκτίδεος, έη, εον, e muſtela confectus. Ab ἴκτις, muſtela.

ἸΚΤΙ´Ν, ῖνος, ὁ, milvus, ſeu milvius; (2) lupi genus.

Ἰκτῖνος, ȣ, ὁ, idem.

ἸΚΤΙ`Σ, ιδος, ἡ, muſtela ſilveſtris; (2) muſtela domeſtica major, viverra; (3) animal aquaticum & piſcivorum; caſtor.

ἽΚΩ, venio; (2) adſequor. f. ἵξω, a. 1. ἷξα; eſt & ἶξον imperfectum, tanquam a themate ἵξω, facto ex futuro. Αὐτὰρ ὅγ' ἐς Ῥόδον ἶξεν ἀλώμενος, Il. 2, 667.

Ἰλαδὸν, Adv. turmatim. Ab ἴλη, agmen, turma.

Ἱλάομαι, propitio, ἱλάεσθαι, propitiare, placare, ἱλάονται, placant. f. ἱλάσομαι, hinc ἱλάσεαι, 2 ſing. placabis, ἱλασώμεθα, a. 1. Conjunct. propitiemus, ἱλάσατο, 3 ſing. a. 1. Ind. propitium reddidit; ἵλασο, a. 1. imperat. propitia, placa. Part. ἱλασάμενος, qui propitiavit, aut cum propitiaſſet, ἱλάσθητι, a. 1. imperat. eſto propitius, ἱλασμένος, propitiatus, ἱλασμένος κριὸς, aries expiatorius Num. 5. Occurrit & ἱλάξονται, f. 1. porpitiabunt, apud Apoll. Rhod.

Ἵλαος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, propitius; (2) benignus, clemens, facilis. Ab ἱλάω.

Ἱλάρια, ων, τὰ, hilaria, feſtum quoddam. Ab ἵλαρος.

Ἱλαρὸς, ὰ, ὸν, hilaris, lætus. Ab ἱλάω.

Ἱλαρότης, ητος, τὸ, hilaritas. Ab ἱλαρός.

Ἱλαρόω, ῶ, hilaro, exhilaro, lætifico. Ab ἱλαρός.

Ἱλαρύνω, hilaro, exhilaro, lætifico. Ab ἱλαρός.

Ἰλάρχης, ȣ, ὁ, præfectus turmæ, ſeu agminis; (2) qui octo elephantis præfectus eſt. Ex ἴλη, turma, & ἀρχὴ, principatus.

Ἰλαρχία, ας, ἡ, præfectura turmæ militum, ſeu equitum. Ab ἰλάρχης.

Ἱλαρῳδεῖν, læta carmina cantare, ut de amoribus rebuſque jucundis ad theatra & convivia exhilaranda. Ab ἱλαρὸς, & ᾠδὴ, cantus.

Ἱλαρῳδία, ας, ἡ, decantatio carminum hilarium & feſtivorum in theatris & conviviis.

Ἱλαρῳδὸς, ȣ̃, ὁ, carminum hilarium poëta & cantator. Ab ᾠδὸς, cantor.

Ἱλάσκομαι, propitio, placo; (2) paſſ. propitior, placor. Εἰς τὸ ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας τȣ̃ λαȣ̃, Heb. 2, 17. τ̃ θεὸν, Luc.

Ἱλάσκω, propitio, placo.

Ἱλασμὸς, ȣ̃, ὁ, propitiatio. Ab eod.

Ἱλαστήριον, ȣ, τὸ, propitiatorium; (2) altare. Ab eod.

Ἱλαστήριος, ία, ιον, propitiatorius, habens vim propitiandi. Ab ἱλάσκομαι.

Ἵλεος, ȣ, ὁ, Poët. propitius, facilis, benignus; (2) hilaris, lætus. Ab ἱλάω.

Ἱλεόομαι, ȣ̃μαι, propitium reddo, placo. Ab ἵλεος.

Ἵλεως, ω, ὁ ϗ ἡ, propitius, Att. pro ἵλαος.

Ἱλέως, Adv. animo propitio & hilari, hilariter. Ab ἵλεος.

Ἴλη, ης, ἡ, agmen, grex, multitudo congregata, (2) turma, ordo equitum. Ab εἴλη.

Ἱλάσκω, placo, propitio.

Ἱλήκω, propitius ſum. Ut hinc ſit ἱλήκοις, Opt. ſis propitius, ἱλήκοι, ſit propitius, & in Subj. ἱλήκῃσι pro ἱλήκῃ.

Ἵλημι, propitius ſum; præſupponitur propter ἵλαθι, & ἵληθι, imperat. Ἀλλὰ, ἄνασσ', ἵληθι, Odyſſ. 3, 380. eſto propitius.

Ἰλιακὸς, ὴ, ὸν, Iliacus, Trojanus. Ab Ἴλιον.

Ἰλιὰς, άδος, ἡ, Ilias, prius Homeri Poëma, quod de rebus agit Iliacis; (2) mulier Iliaca; (3) turdi ſpecies; (4) multitudo. Ab eod.

Ἰλιγγιάω, ῶ, vertigine laboro. Ὑπὸ τȣ̃ δέȣς γδ ὢν τ̃ ὅπλων, ἰλιγγιῶ, Ariſt. Ach. 587. Ab ἴλιγξ.

Ἴλιγξ, γος, ἡ, vortex. Ab εἰλίσσω.

Ἴλιγγος, ȣ, ὁ, vertigo oculorum; (2) hæſitatio hominis, quo ſe vertat, neſcientis. Ab ἴλιγξ.

Ἰλιόθεν Adv. ab Ilio. Ab ἴλιον.

ἼΛΙΟΝ, ȣ, τὸ, Ilium, urbs Troja.

Ἰλιοραΐστης, ȣ̃, ὁ, Ilii populator. Ex ἴλιον, & ῥαίω, deſtruo.

Ἰλλαίνω, f. ανῶ, oculos diſtorqueo, torve inſpicio. Ab ἴλλος.

Ἰλλὰς, άδος, ἡ, vinculum contortum, funis. Ab ἴλλω.

Ἰλλίζω, oculis innuo. Ab ἴλλος.

Ἰλλὶς, ίδος, ἡ, luſcioſa, quæ oculis retortis eſt. Ab ἰλλός.

ἼΛΛΟΣ, ȣ, ὁ, oculus.

Ἰλλὸς, ȣ̃, ὁ, ſtrabo, ſtrabus, luſcioſus, oculis retortis; (2) cæcus. Ab ἴλλω.

Ἰλλυρικὸν, ȣ̃, τὸ, Illyricum. Hinc Ἰλλυριοὶ Illyrii, incolæ Illyrici.

Ἴλλω, oculis conniveo; (2) volvo, convolvo; (3) vincio, conſtringo; (4) contineo; (5) concludo. Ab ἴλλος.

Ἰλλωπέω, ῶ, f. ήσω, nicto; (2) conniveo; (3) alucinor. Ab eod.

Ἰλλωπίζω, f. ίσω, idem & ab eod.

Ἰλύα, ας, ἡ, caverna, latibulum. Ab eod.

Ἰλυόεις, όεσσα, όεν, limoſus; (2) fæculentus. Ab eod.

Ἰλυὸς, ȣ̃, ὁ, luſtrum. Ab εἰλυός.

ἸΛΥ`Σ, ύος, ἡ, limus, qualis in paludibus & fluviis; (2) lutum, cœnum; (3) fæx.

Ἰλύω, f. ύσω, oblimo, limo obduco. Ab ἴλυς.

Ἰλυώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, limoſus; (2) fæculentus. Ab eod.

Ἷμα, ατος, τὸ, veſtimentum pro εἷμα.

Ἱμαῖος, αία, αῖον, molaris, ad eos pertinens, qui molas verſant, aut aquas e puteis extrahunt. Ab eod.

Ἱμαῖος, ȣ, ὁ, hauſtor. Ab ἱμάω.

Ἱμαλιὰ, ᾶς, ἡ, cumulata farinæ menſura, Heſ. Ab eod.

Ἱμάλιος, ία, ιον, abundans, copioſus, Heſ. Ab eod.

Ἱμαλὶς, ἡ, Dea farinæ; cantilena molentium. Ab eod.

Ἱμαντάριον, ȣ, τὸ, ſitula nautica; (2) inſtrumentnm nauticum quodvis. Ab ἱμάς.

Ἱμαντίδιον, ȣ, τὸ, loriolum, corrigiola, Dim. ab eod.

Ἱμάντινος, ίνη, ινον, loreus, e loris factus. Ab eod.

Ἱμάντιον, ȣ, τὸ, uva *morbus*, columnæ in ore extenſio. Ab eod.

Ἱμαντώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lori vicem præbens, lori vice flexilis. Ab eod.

Ἱμάντωσις, εως, ἡ, loramentum, corrigiarum in calceamentis conſtrictio; (2) lignum, quod ad continendos parietes in medio ſtructuræ ponitur; (3) adfectus morbidus gurgulionis. Ab eod.

Ἱμαοιδὸς, ȣ̃, ὁ, qui canit ἱμαῖον, i. e. cantilenam aquas haurientium. Ab ἀοιδὸς, cantor.

ἹΜΑ`Σ, ἄντος, ὁ, lorum, corrigia, habena; (2) adfectus gurgulionis, quum longior aridiorque evadit.

Ἱμάσθλη, ης, ἡ, ſcutica, flagellum. Ab ἱμάς.

Ἱμάσσω, loris cædo, verbero. f. ἱμάσω, unde a. 1. ἵμασεν, partic. ἱμάσας, poët. ἱμάσσας. Ἡνίοχος δ' ἵμασεν καλλίτριχας ἵππȣς, Il. 11, 280. μάστιγι φαεινῇ Ἡμιόνȣς, Odyſſ. 6, 316. Ab eod.

Ἱματιδάριον, ȣ, τὸ, idem quod ſequens ἱματίδιον.

Ἱματίδιον, ȣ, τὸ, q. d. veſticula, palliolum. Dim. ab ἱμάτιον.

Ἱματίζω, f. ίσω, veſtio. Luc. 8, 35. Ab eod.

Ἱματιοθήκη, ης, ἡ, veſtiarium. Ab ἱμάτιον, & θήκη, *repoſitorium*.

Ἱματιοκάπηλος, ȣ, ὁ, veſtimentorum propola, veſtiarius. Ex ἱμάτιον, & κάπηλος, *inſtitor*.

Ἱματιοκλέπτης, ȣ, ὁ, veſtium fur. Ex ἱμάτιον, & κλέπτω, *furor*.

Ἱματιομίσθης, ȣ, ὁ, qui choragis veſtes mercede locat. Ex ἱμάτιον, & μισθὸς, *merces*.

Ἱματιομισθώτης, ȣ, ὁ, idem. A μισθόω, ῶ, *loco*.

Ἱμάτιον, ȣ, τὸ, veſtimentum, velamen, toga. Ab εἱμάτιον.

Ἱματιοπώλης, ȣ, ὁ, veſtium venditor, veſtiarius. Ex ἱμάτιον, & πωλέω, *vendo*.

Ἱματιόπωλις, ιδος, ἡ, veſtiaria. Hinc ἀγορὰ ἱματιόπωλις, forum veſtiarium, ſ. in quo veſtes venduntur. Ab ἱματιοπώλης.

Ἱματιοφυλάκιον, ȣ, τὸ, arca veſtiaria, veſtiarium, locus, in quo veſtes adſervantur. Ab ἱματιοφύλαξ.

Ἱματιοφύλαξ, ακος, ὁ, veſtium cuſtos. Ex ἱμάτιον, & φύλαξ, *cuſtos*.

Ἱματισμὸς, ȣ̃, ὁ, veſtitus & cultus. Ab ἱματίζω.

Ἱματοποιΐα, ας, ἡ, veſtificium, Gl. V. Ab ἷμα, pro εἷμα, *veſtimentum*, & ποιεῖν, *facere*.

Ἱματȣργικὸς, ἡ, ὸν, ad veſtes conficiendas pertinens. Hinc ἱματȣργικὴ, ſc. τέχνη, ars veſtiaria. Ab ἱματȣργός.

Ἱματȣργὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui veſtes conficit, veſtiarius. Ex ἷμα, pro εἷμα, *veſtimentum*, & ἔργον, *opus*.

Ἱματοφύλαξ, & ἱματοφυλάκιον, idem quod ἱματιοφύλαξ, &c.

Ἱμάω, ῶ, f. ήσω, loreo fune extraho, haurio. Ab ἱμάς.

ἹΜΕΙ'ΡΩ, & ἱμείρομαι, deſidero, cupio. Ἱμείρων λέχȣς, Lyc. 201. ἱμείρων φιλότητος, Heſiod. Ἀσπ. 31. χρήματα ἔχειν, Plut.

Ἱμερόεις, όεσσα, όεν, deſiderabilis, amabilis. Ab ἵμερος.

Ἵμερος, ȣ, ὁ, deſiderium, cupiditas, cupido; (2) Cupido, Deus amoris; (3) deſiderium amatorium. Ab ἱμείρω.

Ἱμερȣ̃σθαι, Venerem pati, ἱμερωθεῖσαι, a. 1. Hippocr. coitum paſſæ. Ab ἵμερος.

Ἱμερόφωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui vocem habet ſuavem & optabilem, ſuaviloquus, ſuaviter loquens. Ex ἵμερος, & φωνὴ, *vox*.

Ἱμερτὸς, ἡ, ὸν, deſiderabilis, optabilis, amabilis, formoſus, ſuavis. Ab eod.

Ἱμητὸς, ἡ, ὸν, loreo fune extractus, hauſtus. Ab ἱμάω.

Ἱμονιὰ, ᾶς, ἡ, funis loreus, ſeu e loris bubulis tortus, quo aqua ex puteis extrahitur. Ab eod.

Ἱμονιοστρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui funem loreum, quo aqua extrahitur, verſat. Ex ἱμονιὰ, & στρέφω, *verſo*.

ἾΝ, nomen menſuræ; (2) fibra.

ἽΝΑ, *Conj.* ut; (2) *Adv.* ubi. Hinc ἵνα μὴ, ne, ut ne. Apud Hom. ἵνα μὴ, pro εἰ μὴ, niſi, ἵνα τί, vel ἱνατί, quamobrem? quare? quomodo? in quem uſum?

Ἰνάσσω, vires præbeo, robur addo. Varin. quaſi ab ἴς.

Ἰνάω, ῶ, inanio, vacuo, expurgo. Heſ. ἰνᾶσθαι ἐκκενȣ̃σθαι. Ab ἰνέω.

Ἰνδάλλομαι, ſimilis videor; (2) videor, appareo. Οἰμωγὴ δέ μοι ἐν ὠσὶ πύργων ἐξ ἄκρων ἰνδάλλεται, Lyc. 254. Κύκνοισιν ἰνδαλθέντες εὐγλήνοις, id. 597. Ab εἰδάλλομαι, quod eſt ab εἶδος, *forma*.

Ἴνδαλμα, ατος, τὸ, ſimulacrum, ſpecies. Ab ἰνδάλλομαι.

ἸΝΔΙΚΟ'Ν, ȣ̃, τὸ, piper vel zingiber Indicum; (2) coloris & medicamenti genus.

Ἰνδολέτης, ȣ, ὁ, Indorum perditor, qui Indis cladem intulit, Bacchi epitheton. Ex Ἰνδὸς, & ὄλλυμι, *perdo*.

Ἶνες, αἱ, fibræ.

Ἰνεύω, tendo. Ex Heſ. Ab ἴς, *nervus*.

ἸΝΕ'Ω, ῶ, vacuo, inanio, purgo.

Ἰνηθμὸς, ȣ̃, ὁ, purgatio, vacuatio, inanitio. Ab ἰνέω.

Ἰνίον, ȣ, τὸ, occipitium, occiput a cerebri baſi uſque ad latos nervos, qui robur noſtrum continere creduntur, poſterior colli pars. Ab ἴς.

Ἶνις, ιος, ὁ ϗ ἡ, filius, puer, infans, nepos, Heſ.

Ἰνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, fibræ ſimilis, nervoſus. Ex ἴς, & εἶδος, *ſpecies*.

Ἰνὼ, όος, *contr.* ȣ̃ς, ἡ, Ino. Nomen mulieris.

Ἰνώδης, εος, ὁ ϗ ἡ fibroſus, nervoſus. Ab ἴς, *fibra*.

ἾΞ, ἰκὸς, ὁ, vermiculus vites arrodens.

Ἴξαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſaltu progreditur, ſaltator, crebo ſaltans, impetuoſus, ſalax. Ex ἰξὺς, & ἅλλομαι, *ſalio*.

Ἴξευμα, ατος, τὸ, aucupium. Ab ἰξεύω.

Ἰξευτηρία, ας, ἡ, q. d. viſcatrix, viſcata. Ab ἰξεύω.

Ἰξευτήριον, ȣ, τὸ, aucupium. Ab eod.

Ἰξευτὴς, ȣ̃, ὁ, viſcarius, viſco aves captans, auceps. Ab eod.

Ἰξευτικὸς, ἡ, ὸν, aucupatorius, ad aucupes ſeu aucupium pertinens. Ab eod.

Ἰξεύτρια, ας, ἡ, viſcaria. Ab eod.

Ἰξεύω, viſco aves capto, aucupor. Ab ἰξός.

Ἰξία, ας, ἡ, viſcum; (2) herba, Chamæleon albus; (3) varix. Ab ἰξός.

Ἰξίας, ȣ, ὁ, radix quædam viſcoſa lethalis. Ab eod.

Ἰξιβόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, viſco veſcens, viſcum vorans; (2) turdi ſpecies. Ex ἰξὸς, & βορὰ, *cibus*, *pabulum*.

Ἰξίνη, ης, ἡ, planta viſcoſa, maſtichen ferens. Ab ἰξός.

Ἰξιόεις, όεσσα, όεν, viſcoſus; (2) lethalis. Ab eod.

Ἴξις, εως, ἡ, adventus. Ion. ἴξις, apud Hippocr. ductus rectus. Ab ἱκνέομαι, *advenio*.

Ἰξιφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, viſco victitans, viſcum vorans. Ex ἰξὸς, & φάγω, *comedo*.

Ἰξοβόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἰξιβόρος.

ἸΞΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, viſcum; (2) arundo aucupatoria; (3) varix; (4) tenax, parcus.

Ἰξοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἰξιφάγος.

Ἰξοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, viſcum ferens, ut ἰξοφόροι δρύες, viſciferæ quercus.

Ἰξώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, viſcoſus; (2) viſci modo lentus & tenax. Ab ἰξός.

ἸΞΥ'Σ, ύος, ἡ, lumbus, coxa.

Ἰόβακχος, Heſ. ὁ Διόνυσος, Bacchus. A bacchantium clamore.

Ἰοβάπτης, ȣ, ὁ, violarius, Gl. V. Ab ἴον, *viola*, & βάπτω, *tingo*.

Ἰοβλέφαρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, violacea nigra pulchra habens ſupercilia. Ex Heſ. Ab ἴον, & βλέφαρον, *ſupercilium*.

Ἰοβολέω, ῶ, ſagittas jaculor, ſagittas emitto, veneno inficio. Ab ἰοβόλος.

Ἰοβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſagittas jaculatur; (2) venenum ejaculans, venenatus, venenoſus. Ex ἰὸς, *ſagitta*, vel *venenum*, & βάλλω, *jacio*.

Ἰοβόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, venenivorus, venenatus; (2) iracundus, Heſ. Ex ἰὸς, & βορὰ, *pabulum*.

Ἰοβόστρυχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cirros habens fuſci coloris. Ex ἴον, & βόστρυχος, *cirrus*.

Ἰογλήνη, ης, ἡ, nigricantes habens pupillas in modum violæ. Ex ἴον, & γλήνη, *pupilla*.

Ἰοδνεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, violaceus, purpureus. Ex ἴον, & δνόφος, *tenebræ*.

Ἰοδόκη, ης, ἡ, pharetra, ſagittarum receptaculum. Ab ἰοδόκος.

Ἰοδόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſagittas recipiens. Ex ἰὸς, & δέχομαι, *capio*.

Ἰοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, niger, rubiginoſus; (2) purpureus, violaceus. Ex ἰὸς, vel ἴον, & εἶδος, *forma*.

Ἰόεις, όεσσα, όεν, rubigini obnoxius, ferrugineus; (2) accommodus ad ſagittas conficiendas; (3) niger. Ab ἰὸς, vel ἴον.

Ἰόζωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, violaceo, ſeu purpureo cingulo circumdatus. Ex ἴον, & ζώνη, *zona*, *cingulum*.

Ἰοθαλὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, inſtar violæ florens. Ex ἴον, & θάλλω, *floreo*.

Ἰομιγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, veneno mixtus, venenatus. Ex ἰὸς, & μίγνυμι, *miſceo*.

Ἰόμωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, jaculator, bellator, mortem inferens jaculis, ſagittis occidens. Ex ἴος, & μόρος, *fatum*.

ἾΟΝ, ȣ, τὸ, viola, vaccinium, Philoxenus.

Ἰονθὰς, άδος, ἡ, lanuginoſa; (2) villoſa; (3) varis laborans; (4) velox. Ab ἴονθος.

ἼΟΝΘΟΣ, ȣ, ὁ, lanugo, primi pili; (2) varus in facie.

Ἰόομαι, ȣ̃μαι, rubiginor, rubigine corrumpor; ἰωμένος, perf. paſſ. in partic. Ab ἰός.

Ἰόπεπλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, peplum violæ colore purpurantem geſtans. Ex ἴον, & πέπλος, *peplum*.

Ἰοπλόκαμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, violaceos vel nigros capillos habens. Ex ἴον, & πλόκαμος, *cincinni*.

Ἰοπλόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, e violis corollas nectens. Ex ἴον, & πλέκω, *necto*.

Ἰόππη, ης, ἡ, Joppe. Nomen urbis Hebr. *Pulchritudo*.

Ἰορδάνης, ȣ, ὁ, Jordanes. Nomen fluvii Hebr. *Fluvius*.

ἸΟΡΚΟΙ, ων, οἱ, caprearum genus.

ἸΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, miſſile, ſagitta, jaculum; (2) venenum; (3) rubigo metallorum, præcipue rubigo æris, ærugo.

ἼΟΣ, ἴα, ἴον, ſolus, unus.

Ἰοστέφανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, coronam e violis geſtans. Ex ἴον, & στέφανος, *corona*.

Ἰότης, ητος, ἡ, conſilium; (2) voluntas, ut ἰότητι θεῶν, voluntate deorum, Hom. Ab ἕω, *mitto*.

Ἰοτόκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, venenum pariens, venenoſus. Ex ἰὸς, & τίκτω, *pario*.

Ἰοτυπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, jaculo percuſſus, ſagitta ictus. Ex ἰὸς, & τύπτω, *percutio*

ἸΟΥ', *Interjectio dolentis*, heu, eheu, o (2) *exſultantis*, io! ſcribitur & ἰȣ̃.

Ἰȣδαΐζω, f. ίσω, Judaizo, Judæus fio, Judaic vivo, Gal. 2, 14. Ab Ἰȣδαῖος.

Ἰȣδαϊκὸς, ἡ, ὸν, Judaicus. Ab eod.

Ἰȣδαϊκῶς, *Adv.* Judaice. Ab Ἰȣδαϊκός.

Ἰȣδαϊσμὸς, ȣ̃, ὁ, Judaiſmus. Ab Ἰȣδαΐζ

Ἰȣδαῖος, ȣ, ὁ, Judæus; (2) Judaicus. A Ἰȣ́δας.

Ἰȣ́δας, α, ὁ, Judas. Nomen viri Hebr. *Filius celebrationis*.

Ἰȣλίζω, f. ίσω, primam lanuginem emitto, pubeſco, primam barbam emitto. Ab eod

Ἰουλὶς, ἴδος, ἡ, Iulis, piſcis quidam ſaxatilis. Ab eod.

Ἰουλόπεζοι, naves apud Lycophronem, quæ multos habent remos. Ex *ἴουλος*, & *πέζα, pes*.

Ἴουλος, ου, ὁ, manipulorum collectorum faſcis; (2) cantilena lanam tractantium; (3) prima lanugo ex puberum genis efflorefcens; (4) lanugo aliarum rerum; (5) beſtiola quædam multipes. Ab *οὖλος*.

Ἰουλοφυέω, ῶ, primam lanuginem emitto. Ex *ἴουλος*, & *φύω, naſcor*.

Ἰουλὼ, όος, *contr.* οῦς, ἡ, Ceres. Ab *ἴουλος, faſciculus frumenti*.

Ἰουλώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, Iulos, vermes multipedes, referens. Ab *ἴουλος*.

Ἰοχέαιρα, ας, ἡ, quæ fundit ſagittas, vel ſagittis gaudens, Diana. Ex *ἰὸς*, & *χέω, fundo*, vel *χαίρω, gaudeo*.

Ἴπνιος, ία, ιον, qui e furno eſt, qui furni eſt. Ab eod.

Ἰπνίτης, ου, ὁ, ut *ἄρτος*, panis furnaceus; (2) teſtaceus. Ab *ἰπνός*.

Ἰπνοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, qui furnos facit, vel fabricatur. Ex *ἰπνὸς*, & *ποιέω, facio*.

Ἰπνὸς, οῦ, vel *ἴπνος*, ου, ὁ, furnus; (2) caminus; (3) culina; (4) lampas, lychnus; (5) ſterquilinium. Ab *ἴπτω*.

Ἰποκτόνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui vermiculos vites arrodentes occidit. Ex *ἴψ*, & *κτείνω, occido*.

Ἶπος, ου, ὁ, muſcipula. Ab *ἴπτω, lædo, opprimo*.

Ἶπος, ου, ὁ, preſſura. Ab eod.

Ἰπόω, ῶ, f. *ώσω*, premo. Ab *ἴπτω*.

Ἱππαγρέται, ῶν, οἱ, equos congregantes, quomodo dicebantur tres viri apud Lacedæmonios ab Ephoris electi, qui equitatum congregabant. Ex *ἵππος*, & *ἄγρομαι*, pro *ἀγείρομαι, congrego*.

Ἵππαγρος, ου, ὁ, equus ſilveſtris & ferus. Ex *ἵππος*, & *ἀγρὸς, ager*.

Ἱππαγωγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, equos vehens, vel trajiciens. Ex *ἵππος*, & *ἄγω, ago*.

Ἱππάετος, ου, ὁ, aquila magnitudine equum æquans; (2) animal ex aquila & equo. Ex *ἵππος*, & *ἀετὸς, aquila*.

Ἱππάζω, & *ἱππάζομαι*, equito, equo vehor. Ὅταν γε *μὴν ἱππαζόμενον ὠνῆται*, Xen. Ab *ἵππος*.

Ἱππαιχμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui haſta vel lancea ex equo pugnat. Ex *ἵππος*, & *αἰχμὴ, cuſpis*.

Ἱππάκη, ης, ἡ, caſeus equinus; (2) equi coagulum. Ab *ἵππος*.

Ἱππάκης, ου, ὁ, idem & ab eod.

Ἱππακοντισταὶ, equeſtres jaculatores, qui ex equo pugnant. Ex *ἵππος*, & *ἀκοντιστὴς, jaculator*.

Ἱππαλεκτρυὼν, ῶνος, ὁ, magnus gallinaceus, animal marinum. Ex *ἵππος*, & *ἀλεκτρυὼν, gallus*.

Ἱππαπαὶ, vox per jocum ab Ariſtophane ficta.

Ἱππάρδιον, ου, τὸ, Hippardium, animal equo ſimile. Apud Ariſtot. Ab *ἵππος*.

Ἱππάριον, ου, τὸ, equuleus, parvus equus; (2) avis nomen, ſimilis vulpanſeri. Dim. ab *ἵππος*.

Ἱππαρχέω, ῶ, f. *ήσω*, ſum magiſter equitum, præſum equitatui. Ab *ἵππαρχος*.

Ἱππάρχης, ου, ὁ, idem quod *ἵππαρχος*.

Ἱππαρχία, ας, ἡ, præfectura equitum. Ab eod.

Ἱππαρχικὸς, ὴ, ὸν, ad magiſtrum equitum pertinens; (2) præfecturæ equeſtris peritus. Ab eod.

Ἵππαρχος, ου, ὁ, equitum magiſter, præfectus equitum. Ex *ἵππος*, & *ἀρχὴ, principatus*.

Ἱππὰς, άδος, ἡ, equeſtris. Ab *ἵππος*.

Ἱππασία, ας, ἡ, equitatio; (2) equitatus. Ab *ἱππάζω*.

Ἱππάσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, equitabilis, equis idoneus. Ab eod.

Ἱππαστὴς, οῦ, ὁ, eques, equitator, qui equo vehitur. Ab eod.

Ἱππαστὶ, *Adv.* equitantium modo, divaricatis pedibus. Ab eod.

Ἱππάφεσις, εως, ἡ, carceres, locus, unde dimittuntur equi, ad currendum ſtadium. Ex *ἵππος*, & *ἀφίημι, dimitto*.

Ἱππεία, ας, ἡ, equitatio; (2) munus aurigandi. Ab *ἱππεύω*.

Ἵππειος, εία, ειον, equeſter, equinus. Ab *ἵππος*.

Ἱππέλαφος, ου, ὁ, equicervus, animal, quod formam equi & cervi habet. Ex *ἵππος*, & *ἔλαφος, cervus*.

Ἱππεραστὴς, οῦ, ὁ, equorum amator, equorum ſtudioſus. Ex *ἵππος*, & *ἐραστὴς, amator*.

Ἵππερος, ου, ὁ, equorum amor, equorum ſtudium. Vox ficta ab Ariſtophane, cum alluſione ad morbos, ut *ἴκτερος, ὕδερος*, ut *ἵππερος τῶν χρημάτων* ſit inſanus amor equorum, ſimulque tabes & pernicies opum. Ex *ἵππος*, & *ἔρος, amor*.

Ἵππευμα, ατος, τὸ, equitatio; (2) iter equeſtre, iter, quod ab equite conficitur. Ab *ἱππεύω*.

Ἵππευσις, εως, ἡ, equitatio. Ab eod.

Ἱππεὺς, έως, ὁ, eques, & *in Plur. ἱππεῖς*, ordo equeſtris; (2) genus cometæ. Ab *ἱππεύω*.

Ἱππευτὴς, οῦ, ὁ, equitandi peritus, equeſtris. Ab eod.

Ἱππεύω, f. *εύσω*, equito, ſum eques. Ab *ἵππος*.

Ἱππηγέτης, ου, ὁ, equorum ductor. Epith. Neptuni. Ab *ἵππος*, & *ἄγω, duco*.

Ἱππηγὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, ut *ἱππηγοὶ νῆες*, hippagines. Ab *ἵππος*, & *ἄγω*.

Ἱππηδὸν, *Adv.* equorum & equitantium modo. Ab *ἵππος*.

Ἱππηλασία, ας, ἡ, equorum agitatio. Ex *ἵππος*, & *ἐλαύνω, agito*.

Ἱππηλάσιος, ut *ἱππηλασίη ὁδὸς*, apud Hom. Il. 7, 340. via equitabilis, per quam equi aguntur. Ex iiſd.

Ἱππηλατέω, ῶ, f. *ήσω*, equos agito, equos impello; (2) equito. Ab *ἱππήλατος*.

Ἱππηλάτης, ου, ὁ, equitator, agitator equorum. Ex iiſd.

Ἱππήλατος, ου, ὁ καὶ ἡ, equitabilis, per quem equi agi poſſunt; (2) ſpatioſus, amplus, latus. Ab eod.

Ἱππημολγοὶ, equimulgi, populi. Ex *ἵππος*, & *ἀμέλγω, mulgeo*.

Ἱππιατρία, ας, ἡ, mulomedicina, ars veterinaria, medicina equaria. Ab *ἱππίατρος*.

Ἱππίατρος, ου, ὁ, medicus equarius, veterinarus, mulomedicus. Ex *ἵππος*, & *ἰατρὸς, medicus*.

Ἱππίδιον, ου, τὸ, equuleus, parvus equus. Dim. ab *ἵππος*.

Ἱππικὸς, ὴ, ὸν, equeſtris; (2) equeſtris artis peritus. Hinc *ἡ ἱππικὴ*, ῆς, ſc. *τέχνη*, ars equitandi, & *τὸ ἱππικὸν*, οῦ, equitatus. Ab *ἵππος*.

Ἵππιος, ου, ὁ, equeſtris. Ab eod.

Ἱππιοχαίτης, ου, ὁ, ex juba equina, ſive ſetis equinis factus. Ex *ἵππος*, & *χαίτη, ſeta*.

Ἱππιοχάρμης, ου, ὁ, equis gaudens, qui equo in pugna utitur. Ex *ἵππος*, & *χαίρω, gaudeo*.

Ἱππίσκος, ου, ὁ, equulus. Dim. ab *ἵππος*.

Ἱπποβάμων, ονος, ὁ, qui equum conſcendit, eques, equeſtris; (2) grandis & quaſi equo vehens. Ex *ἵππος*, & *βαίνω, ſcando, conſcendo*.

Ἱπποβάτης, ου, ὁ, eques, qui equum conſcendit. Ex iiſd.

Ἱπποβήτης, ου, ὁ, idem & ex iiſd.

Ἱππόβινος, valde libidinoſus, vox ficta ab Ariſtophane, qui Calliam Hipponici F. libidinoſum hominem, vocat *Καλλίαν τὸν ἱπποβίνου*. Ex *ἵππος*, quod ſignificat magnitudinem in compoſitione quandoque, & *βινεῖν*, quod venereum actum ſignificat.

Ἱπποβότης, ου, ὁ καὶ ἡ, qui equos paſcit, ſeu alit ad certamina potiſſimum equeſtria; (2) qui opibus & gloria præcellit. Ex *ἵππος*, & *βόσκω, paſco*.

Ἱππόβοτος, equis paſcendis aptus. Ex iiſdem.

Ἱπποβουκόλος, ου, ὁ καὶ ἡ, equiſo, equorum paſtor ſeu educator. Ex *ἵππος*, & *βουκόλος, paſtor*.

Ἱππόβρωτος, ου, ὁ καὶ ἡ, ab equis devoratus. Ex *ἵππος*, & *βιβρώσκω, devoro*.

Ἱππογέρανοι, qui magnis gruibus ceu equis vehuntur, apud Luc. in Vera Hiſt. Ex *ἵππος*, & *γέρανος, grus*.

Ἱππόγλωσσος, ου, ὁ καὶ ἡ, linguam equinam habens, ſeu referens. Hinc *τὸ ἱππόγλωσσον*, ου, Hippogloſſa, frutex, cujus folia linguæ equinæ ſimilia ſunt. Ex *ἵππος*, & *γλῶσσα, lingua*.

Ἱππογνώμων, ονος, ὁ καὶ ἡ, qui equas gravidas ab aliis internoſcit, Vet. L. (2) magnanimus. Ex *ἵππος*, & *γινώσκω, cognoſco*.

Ἱππόγυποι, equites, qui vulturibus vehuntur apud Luc. in Vera Hiſt. Ex *ἵππος*, & *γύψ, vultur*.

Ἱππόδαμος, ου, ὁ καὶ ἡ, equorum domitor. Ex *ἵππος*, & *δομάω, domo*.

Ἱππόδασυς, εῖα, υ, denſus inſtar equi, hirſutus ex ſetis equinis. Ex *ἵππος*, & *δασὺς, hirſutus*.

Ἱππόδεσμα, ων, τὰ, vincula ſeu lora equorum, habenæ. Ex *ἵππος*, & *δεσμὸς, vinculum*.

Ἱπποδέτης, ου, ὁ, ligans equum, *ἱπποδέτης ῥυτὴρ*, lorum equi, quo equus ligatur. Ex *ἵππος*, & *δέω, ligo*.

Ἱπποδιώκτης, ου, ὁ, equorum agitator, eques. Ex *ἵππος*, & *διώκω, perſequor*.

Ἱπποδρόμια, τὰ, equiria, ludi Circenſes.

Ἱπποδρομία, ας, ἡ, curſus, equeſtris. Ab *ἱππόδρομος*.

Ἱπποδρόμιος, ου, ὁ, ut *ἱπποδρόμιος μὴν*, menſis, in quo equorum curſu certatur. Ab eod.

Ἱππόδρομος, ου, ὁ, hippodromus, circus, in quo habentur certamina equeſtria, ſeu curulia. Ex *ἵππος*, & *δρόμος, curſus*.

Ἱππόθεν, *Adv.* ex equo. Ab *ἵππος*.

Ἱπποθῆλαι, οἱ, equimulgi, pulli equarum lactentes, pulli equarum uberibus ſuppoſiti. Ex *ἵππος*, & *θηλὴ, papilla*, ſeu *apex uberis*.

Ἱππόθοος, ου, ὁ καὶ ἡ, equo velox ſeu celer; (2) auriga, Heſ. Ex *ἵππος*, & *θοὸς, celer*.

Ἱππόθορος, ου, ὁ, in equas inſiliens, equas incendens, admiſſarius; (2) cantio ſolita accini equabus coëuntibus ad magis exſtimulandas eas. Ex *ἵππος*, & *θόρω, inſilio*.

Ἱπποθυτέω, ῶ, f. *ήσω*, equum ſacrifico. Ex *ἵππος*, & *θύω, ſacrifico*.

Ἱπποκάμπη, ης, ἡ, Hippocampus, animal marinum. Ex *ἵππος*, & *κάμπτω, flecto*.

Ἱππόκαμπος,

Ἱππȣ́καμπος, ȣ, ὁ, idem & ex iiſd.

Ἱπποκέλευθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, iter equo faciens, equeſter, qui multum itineris conficit. Ex ἵππος, & κέλευθος, *via*.

Ἱπποκένταυρος, ȣ, ὁ, hippocentaurus. Ex ἵππος, & κένταυρος, *centaurus*.

Ἱπποκομέω, ῶ, ſum ἱπποκόμος.

Ἱπποκόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, equiſo, equorum curator. Ex ἵππος, & κομέω, *curo*.

Ἱππόκομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ex ſetis equinis conſtans. Ex ἵππος, & κόμη, *coma*, *ſeta*.

Ἱπποκορυστὴς, ȣ͂, ὁ, qui armato equo pugnat, bellator equeſtris. Ex ἵππος, & κορύσσω, *galea armo*.

Ἱπποκρατέω, f. ήσω, equeſtribus copiis vinco; (2) equeſtribus copiis præſto. Ex ἵππος, & κρατέω, *vinco*.

Ἱπποκρατίας ας, ἡ, victoria, quæ equeſtribus copiis obtinetur. Ab ἱπποκρατέω.

Ἱππόκρημνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rupium modo grandis, valde aſper ſicut præcipitia, vox ficta apud Ariſtophanem ad aſperitatem verborum Æſchyl. exprimendam, ἱππόκρημνα ῥήματα, verba prærupta, alta, aſpera. Ex ἵππος, *intenſivo*, & κρημνὸς, *præcipitium*.

Ἱπποκροτέω, ῶ, f. ήσω, equis perſtrepo. Ex ἱππόκροτος.

Ἱππόκροτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, equis perſtrepens. Ex ἵππος, & κρότος, *pulſus*.

Ἱππολάπαθον, ȣ, τὸ, hippolapathum, herba. Ex ἵππος, & λάπαθον, *lapathum*.

Ἱππολȣ́στρα, ας, ἡ, locus, ubi equi lavantur, Heſ. Ex ἵππος, & λȣ́ω, *lavo*.

Ἱππομανὲς, έος, τὸ, frutex quidam equis lethalis; (2) equina cupido coitus; (3) amoris veneficium, quod equis innaſcitur; virus ex equarum equientium naturalibus diſtillans. Ab ἱππομανής.

Ἱππομανέω, ῶ, equorum inſano amore ducor; (2) equio, de equa, quæ ad rabiem coitus agitur; (3) libidinis furore, equarum more, exſtimulor. Ab eod.

Ἱππομανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, inſano amore equorum flagrans; (2) qui equino more libidinis furiis exſtimulatur; (3) valde inſanus. Ex ἵππος, & μαίνομαι, *furo*.

Ἱππομανία, ας, ἡ, inſanus equorum amor, inſanus equorum curulium ſtudium. Ab ἱππομανής.

Ἱππομάραθρον, ȣ, τὸ, fœniculum ſilveſtre ſativo majus. Ex ἵππος, & μάραθρον, *fœniculum*.

Ἱππομαχέω, ῶ, f. ήσω, ex equo pugno. Ab ἱππόμαχος.

Ἱππομαχία, ας, ἡ, equeſtre prælium. Ab eod.

Ἱππόμαχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ex equo pugnans. Ex ἵππος, & μάχομαι, *pugno*.

Ἱππομολγὸς, ȣ͂, ὁ ϗ ἡ, equi mulgus, vel equi mulga, equum mulgens. Ex ἵππος, & ἀμέλγω, *mulgeo*.

Ἱππομύρμηκες, ων, οἱ, qui magnis formicis, velut equis, vehuntur, apud Lucianum in Ver. Hiſt. Ex ἵππος, & μύρμηξ, *formica*.

Ἱππόνομα, merces ex equis & mulis locatis, Heſ. Ab ἱππονόμος,

Ἱππονομεὺς, έως, ὁ, equarius, equi paſtor. Ab ἵππος, & νομεύς, *paſtor*.

Ἱππονόμος, ȣ, ὁ, equos paſcens, equorum paſtor. Ex ἵππος, & νέμω, *paſco*.

Ἱππονώμας, ȣ, ὁ, equos agitans, Epith. Solis. Ex ἵππος, & νωμάω, *agito*.

Ἱππόομαι, ȣ͂μαι, ἱππȣ͂σθαι, equum fieri. Ab ἵππος.

Ἱπποπείρης, ȣ, ὁ, qui equi aut artis equeſtris periculum facit. Ex ἵππος, & πειράω, *tento*, *probo*.

Ἱπποπῆραι, bulgæ, ſacculi, ſive peræ, quibus equites neceſſaria itineri ſecum ferunt. Ex ἵππος, & πήρα, *pera*.

Ἱπποπόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui circa equos verſatur, qui equos alit, equeſter, bellicoſus. Ex ἵππος, & πολέω, *verſor*.

Ἱππόπορνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, equæ equientis more ſcortans, immane ſcortans. Ex ἵππος, *intenſivo*, & πόρνος, *ſcortum*.

Ἱπποποσειδῶν, ῶνος, ὁ, Neptunus equeſtris. Ex ἵππος, & Ποσειδῶν, *Neptunus*.

Ἱπποπόταμος, ȣ, ὁ, Hippopotamus, equus fluvialis. Ex ἵππος, & ποταμὸς, *fluvius*.

Ἱπποπώλης, ȣ, ὁ, equorum venditor. Ex ἵππος, & πωλέω, *vendo*.

ἽΠΠΟΣ, ȣ, ὁ, vel ἡ, equus, equa; (2) equitatus, ἡ ἵππος; (3) nomen piſcis; (4) oculorum quædam affectio; (5) in compoſitione ſignificationem auget, & magnitudinem inſignem ejus notat, cum quo componitur, v.g. ἱππόπορνος, ἱππομανὴς, ἱπποσέλινον.

Ἱπποσέλινον, ȣ, τὸ, apium ſativo multo majus. Ex ἵππος, & σέλινον, *apium*.

Ἱπποσόας, α, ὁ, equorum agitator. Ex ἵππος, & σείω, vel σεύω, *agito*, *quatio*.

Ἱπποστασία, ας, ἡ, equile, ſtabulum equorum, ſtatio equorum. Ex ἵππος, & στάσις, *ſtatio*.

Ἱπποστάσιον, ȣ, τὸ, idem & ex iiſd.

Ἱππόστασις, εως, ἡ, idem & ex iiſd.

Ἱπποστράτηγος, ȣ, ὁ, dux equitum. Ex ἵππος, & στρατηγὸς, *dux*.

Ἱπποσύνη, ης, ἡ, ars ſive peritia equitandi. Ab ἵππος.

Ἱππόσυνος, ȣ, ὁ, equeſter. Ab eod.

Ἱππότης, ȣ, ὁ, eques. Ab eod.

Ἱππότιλος, ȣ, ὁ, morbus quidam equorum. Ab ἵππος, & τιλᾶν, *ſtercus elidere*.

Ἱπποτοξότης, ȣ, ὁ, eques ſagittarius. Ex ἵππος, & τόξον, *arcus*.

Ἱπποτραγέλαφος, ὁ, beſtia, quæ partim equus, partim hircus, partim cervus eſt. Ab ἵππος, τράγος, & ἔλαφος.

Ἱπποτροφέω, ῶ, f. ήσω, equos alo. Ab ἱπποτρόφος.

Ἱπποτροφία, ας, ἡ, equorum nutritio. Ab eod.

Ἱπποτρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui equos alit. Ex ἵππος, & τρέφω, *alo*.

Ἱπποτυφία, ας, ἡ, equina, i.e. magna, ſuperbia, inanis gloria. Ex ἵππος, & τῦφος, *faſtus*, *ſuperbia*.

Ἱππȣκρήνη, ης, ἡ, Hippocrena, i. e. equi fons. Ex ἵππος, & κρήνη, *fons*.

Ἵππȣρις, ιδος, ἡ, galea criſtam ex ſetis equinis habens; (2) ſetis equinis comans; (3) cauda equina, herbæ nomen. Ex ἵππος, & ȣ̓ρὰ, *cauda*.

Ἱππȣρεὺς, piſcis nomen, Plin. Hippurus.

Ἵππȣρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, caudam equinam habens; (2) piſcis quidam; (3) ſciurus, a magnitudine caudæ; (4) genus muſcæ. Ex iiſd.

Ἱππόφαιστον, ȣ, τὸ, Hippophæſtum, planta, ſpina fullonia.

Ἱπποφοβὰς, άδος, ἡ, equis terrorem incutiens, herba quædam, quam equæ in primis averſantur. Ex ἵππος, & φόβος, *timor*.

Ἱπποφορβεὺς, έως, ὁ, equorum paſtor. Ex ἵππος, & φέρβω, *paſco*.

Ἱπποφόρβια, ων, τὰ, greges equorum. Ex iiſd.

Ἱπποφόρβιον, ȣ, τὸ, locus paſcendis equis. Ex iiſd.

Ἱπποφορβὸς, ȣ͂, ὁ, equorum paſtor. Ex iiſd.

Ἱπποφορεὺς, έως, ὁ, tollutarius, gradarius, Gl. V. Ex ἵππος, & φέρω, *fero*.

Ἱπποφυὲς, έος, τὸ, vel ἱππόφυον, carduus, quo fullones utuntur in concinnandis veſtibus. Ex ἵππος, & φύω, *naſcor*. Scribitur & ἱπποφαὲς, & ἱπποφανὲς, & ἱππόφεως.

Ἱπποχάρμης, ȣ, ὁ, equis gaudens. Ex ἵππος, & χαίρω, *gaudeo*.

Ἱππώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, equinus, equo ſimilis. Ab ἵππος.

Ἱππὼν, ῶνος, ὁ, equile, equorum ſtabulum. Ab eod.

Ἱππωνέω, ῶ, f. ήσω, equos emo. Ex ἵππος, & ὠνέομαι, *emo*.

Ἱππώνης, ȣ, ὁ, equorum emptor, qui equariam mercaturam exercet. Ex iiſd.

Ἱππωνία, ας, ἡ, equorum emptio. Ex iiſd.

ἼΠΤΑΜΑΙ, f. πτήσομαι, volo; (2) cito curſu vel impetu feror. Ἐκὰς ἔπτατο πικρὸς ὀϊστὸς, Il. 13, 592. Ἀπὸ δ' ἔπτατο θυμὸς, ib. 16, 469.

ἼΠΤΩ, f. ἴψομαι, lædo, noceo, damnum infero. Τάχα δ' ἴψεται υἷας Ἀχαιῶν, Il. 2, 193.

Ἴπω, idem.

Ἰραὶ, vel ἶραι, ἰρῶν, ἰράων, concio, locus, ubi habentur conciones, forum. Ab εἴρω, *dico*.

Ἱρὰ, τὰ, ſacra, victimæ, Ion. pro ἱερά, ἱερεῖα.

ἸΡΙΓΓΕΣ, ων, αἱ, arteriæ. Affertur ex Hippocrate.

Ἰρινόμικτος, unde ἰρινομίκτοις σμήγμασι, apud Athenæum, Smegmatibus irino oleo ſ. unguento mixtis, aut etiam irina radice. Ex ἴρινος, & μίγνυμι, *miſceo*.

Ἰρίνοον μύρον, unguentum irinum, oleum irinum. Ab ἶρις.

ΙΡΙΣ, ιδος, ἡ, iris, arcus cœleſtis; (2) Iris, Dea; (3) circulus oculi; (4) herba quædam aromatica.

Ἱρμὸς, ȣ͂, ὁ, ſeries, conſequentia, Heſ. alias εἱρμός. Ab εἴρω, *necto*.

Ἱρμοφύλαξ, ακος, ὁ, carceris præfectus. Affertur pro εἰργμοφύλαξ, εἱρμοφύλαξ. Ex εἴρω, & φύλαξ, *cuſtos*.

Ἱρὸς, ρὰ, ρὸν, pro ἱερὸς, ſub quo videnda etiam cetera, in quibus ι pro ιε *Ionice* dicitur.

ἾΡΟΣ, ȣ, ὁ, Irus, mendicus quidam apud Homerum; (2) pauper, mendicus quivis.

Ἱρȣργία, ῶν, αἱ, ſacra, cærimoniæ. Ex ἱρὸς, & ἔργον, *opus*.

Ἴρω, idem quod εἴρω, necto.

ἽΣ, ἰνὸς, ἡ, fibra, nervus; (2) robur, vis.

Ἶσα, *Adv.* perinde, æque. Ab ἴσος, *par*.

Ἰσαὰκ, ὁ, Iſaac. Nomen Hebr. ἄκλιτον, *Ridebit*.

Ἰσάγγελος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, par angelis. Ex ἴσος, & ἄγγελος, *angelus*.

Ἰσάζω, f. άσω, adæquo. Ἰσάζῃ ἀλλήλοις, Ariſtot. Ab ἴσος.

Ἰσαῖος, αία, αῖον, par, æqualis, ſimilis, ut hinc ſit apud Nic. ἰσαίας acc. pl. fœm. ſed poteſt Ionice eſſe ab ἰσαία, pro ἴση, ut σεληναία, pro σελήνη. Ab eod.

Ἰσαίω, idem quod ἰσάζω, unde ἰσαιομένην apud Nicandr.

Ἰσάκις, *Adv.* æqualiter, pariter, totidem modis ſeu vicibus. Ab eod.

ἸΣΆΛΗ, ης, ἡ, veſtis e pelle caprina. Ab ἰξάλη.

Ἰσάμιλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in contentione par, æqualis in certamine. Ex ἴσος, & ἅμιλλα, *certamen*.

Ἰσάνεμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vento par velocitate, velociſſimus. Ex ἴσος, & ἄνεμος, *ventus*.

Ἰσάξιος, æquivalens, æquipollens. Ex ἴσος, & ἄξιος, *dignus*.

Ἰσαπόστολος, ου, ὁ ϗ ἡ, par apoſtolis. Ex ἴσος, & ἀπόστολος, *apoſtolus*.

Ἰσάριθμος, ου, ὁ ϗ ἡ, par numero. Ex ἴσος, & ἀριθμὸς, *numerus*.

ΙΣΑ'ΤΙΣ, ιδος, ἡ, glaſtum, herba.

Ἰσατώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ut ἰσατώδης χολὴ, bilis, quæ iſatin ſeu glaſtum colore refert, i. e. fuſca. A præc.

Ἰσαχῶς, *Adv.* tot modis, æqualiter. Ab ἴσος.

Ἰσεῖον, ου, τὸ, ſacrarium Iſidis. Ab Ἶσις, *Iſis*.

Ἰσηγορέω, ῶ, & ἰσηγορέομαι, οῦμαι, æque libere loquor, pari dicendi libertate utor. Ex ἴσος, & ἀγορεύω, *loquor*.

Ἰσηγορία, ας, ἡ, æqua loquendi libertas; (2) generaliter, juris æquabilitas, ſtatus reip. popularis. Ab ἰσηγορέω.

Ἰσῆλιξ, ικος, ὁ ϗ ἡ, ætate par, coætaneus, æquævus. Ex ἴσος, & ἧλιξ, *coætaneus*.

Ἰσημερία, ας, ἡ, æqua dies, equinoctium. Ab ἰσήμερος.

Ἰσημερινὸς, ινὴ, ινὸν, æquinoctialis. Ab eod.

Ἰσήμερος, ου, ὁ ϗ ἡ, ut ἰσήμερος πυρὸς, apud Theophr. triticum, quod æquinoctio verno ſeritur. Philoxenus ἰσήμερος, æquidialis. Ex ἴσος, & ἡμέρα, *dies*.

ΙΣΗΜΙ, ſcio, novi, cognoſco. Theocr. Dor. ἴσαμι, ſcio. Alioquin uſitata: ἴσμεν & ἴδμεν, ſcimus; ἴστε, ſcitis, pro ἴσαμεν, ἴσατε. ἴσθι, ἴστω, &c. *ſcias, ſciat*, pro ἴσαθι, ἰσάτω.

Ἰσήμοιρος, ου, ὁ ϗ ἡ, cui portio æqualis cum cæteris datur, qui parem portionem accipit. Ex ἴσος, & μοῖρα, *portio*.

Ἰσήρετμος, ου, ὁ ϗ ἡ, totidem ſeu æquales remos habens. Eurip. Ex ἴσος, & ἐρετμὸς, *remus*.

Ἰσήρης, εος, ὁ ϗ ἡ, æqualis, par. Ex ἴσος, & ἄρω, *apto*.

Ἰσήριθμος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod ἰσάριθμος.

Ἴσθμια, τὰ, monile, ornamentum collare. Ab ἰσθμὸς, *fauces, guttur*.

Ἴσθμια, τὰ, ſcil. ἱερὰ, Iſthmia, quæ in honorem Neptuni celebrabantur in Iſthmo Corinthiaco. Ab ἰσθμός.

Ἰσθμιάζειν, Suidas ait dici ἐπὶ τῶν κακῶς βιούντων, de minus commode ſalubriterque viventibus.

Ἰσθμιακὸς, ἡ, ὸν, Iſthmiacus, ad Iſthmia pertinens. Ab eod.

Ἰσθμιὰς, άδος, ἡ, Iſthmiaca. Ab eod.

Ἰσθμικὸς, ἡ, ὸν, Iſthmicus. Ab ἰσθμός.

Ἴσθμιον, ου, τὸ, quod circa fauces eſt; (2) ornamentum collare, monile. Ab eod.

Ἴσθμιος, ία, ιον, in Iſthmo habitans; (2) Iſthmius. Ab eod.

Ἰσθμοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, Iſthmo ſimilis. Ab εἶδος, *forma*.

Ἰσθμοῖ, *Adv.* in Iſthmo. Ab eod.

ΙΣΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, Iſthmus, terra anguſta inter duo maria; (2) Iſthmus Peloponneſi; (3) aliquid Iſthmo ſimile, fauces, guttur; (4) collum clepſydræ.

Ἰσθμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, Iſthmo ſimilis, Iſthmi formam habens, in modum Iſthmi anguſtus. Ab ἰσθμός.

Ἰσιακὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, indutus more eorum, qui Iſidis templum viſebant; (2) qui initiatus eſt Iſiacis ſacris, ſacerdos Iſidis. Ab Ἶσις.

Ἰσίκιον, ου, τὸ, & ἴσικος, ου, ὁ, lucanica, edulii genus, e carne diligenter intrita & minutiſſime inciſa; videtur Latinum.

ΙΣΙΣ, ιδος, ἡ, Iſis, Dea Ægyptiorum.

Ἴσκω, Hom. ἴσκεν, Odyſſ. 22, 31. ſciebat, fingebat.

Ἰσοβαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æque profundus. Ex ἴσος, & βάθος, *profunditas*.

Ἰσοβαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, æqualis ponderis, æque gravis. Ex ἴσος, & βάρος, *pondus*.

Ἰσοβασιλεὺς, έως, ὁ, par, vel æqualis regi. Ex ἴσος, & βασιλεὺς, *rex*.

Ἰσόβοιον, bovis pretium æquans. Rob. Ex ἴσος, & βόος, βοῦς, *bos*.

Ἰσόβολος, ου, ὁ ϗ ἡ, æqualis ponderis. Heſ.

Ἰσόγαιος, ου, ὁ ϗ ἡ, terræ æqualis. Ex ἴσος, & γαῖα, *terra*.

Ἰσογώνιος, ου, ὁ ϗ ἡ, æquiangulus, pares angulos habens. Ex ἴσος, & γωνία, *angulus*.

Ἰσοδαίμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui æquali ſorte fruitur, qui ejuſdem ſortis eſt. Ex ἴσος, & δαίμων, *Deus, genius, fortuna, ſors*.

Ἰσόδενδρος, ου, ὁ ϗ ἡ, arborem æquans. Ex ἴσος, & δένδρον, *arbor*.

Ἰσοδίαιτα, ης, ἡ, æqualitas victus, ſimilitudo in victu. Ex ἴσος, & δίαιτα, *victus*.

Ἰσοδίαιτος, ου, ὁ ϗ ἡ, æquali ſeu pari victu cum alio utens. Ex iiſd.

Ἰσόδομος, ου, ὁ ϗ ἡ, æqualiter ſtructus. Ex ἴσος, & δομέω, *ſtruo*.

Ἰσοδρομέω, ῶ, f. ήσω, curſu æquo, pariter curro & una feror. Ab ἰσόδρομος.

Ἰσόδρομος, ου, ὁ ϗ ἡ, curſu æquans. Ex ἴσος, & δρόμος, *curſus*.

Λογχοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui lanceam fert, levis armaturæ miles; lancearius. Ex λόγχη, & φέρω, *fero*.

Λογχωτὸς, ἡ, ὸν, mucronatus, mucroni aut cuſpidi vel lanceæ ſimilis. A λογχόομαι.

Λόγωσις, εως, ἡ, verbificatio, quum quis quodammodo ad naturam Verbi ſive Filii Dei accedit. A λογόω.

Λοεσσάμενος, λοέσσαι, vide λȣ́ω.

Λοετρὸν, ȣ̃, τὸ, lavacrum, balneum; (2) aqua lavationi parata. A λȣ́ω, unde λȣτρὸν, & ab hoc per διάλυσιν, λοετρόν.

Λοετροχόος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aquam ad lavandum fundens, aquam lavantibus affundens. Eſt autem dialyſis λοετροχόος pro λȣτροχόος.

Λοέω, lavo. Supponitur ut hinc ſit λοέσσαι. Odyſſ. 19, 320. vid. λȣ́ω.

Λοιβάομαι, libo; unde apud Heſychium λοιβᾶται, σπένδει, θύει. A λείβω.

Λοιβάσιον, ȣ, τὸ, vas, quo libatur. A λοιβή.

Λοιβεῖον, ȣ, τὸ, libamen; (2) vas, quo libatur. A λείβω.

Λοιβὴ, ῆς, ἡ, libatio, libamen; ſacrum, quod vino fit. Ab eod.

Λοιβὶς, ίδος, ἡ, calix, quo vinum in ſacris deorum libatur. A λοιβή.

Λοιγαῖος, αία, αῖον, lugubris; ut λοιγαία ἐσθὴς apud Lycophr. veſtis lugubris. A λοιγός.

Λοιγήεις, ήεσσα, ῆεν, idem & ab eod.

Λοίγιος, ία, ιον, exitialis, pernicioſus. A λοιγός.

ΛΟΙΓΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, pernicies, exitium.

Λοιδορέω, ῶ, & λοιδορέομαι, ȣ̃μαι, convitior, maledico, probris inſector; (2) reprehendo, objurgo. Λοιδορῆσαι τȣ̀ς πονηρȣ̀ς, ȣ̓δὲν ἐϛ᾽ ἐπίφθονον, Ariſt. Eq. 1270. Ὁ μιαρὸς ȣ̃τος ταῦτ᾽ ἄρ᾽ ὑπὲρ Εὐριπίδȣ ἡμῖν ἐλοιδορεῖτο; id. Θεσμ. 657. Ἀτὰρ ἢν Κεφαλός σοι λοιδορῆται προσφθαρεὶς, id. Conc. 248. A λοίδορος.

Λοιδόρημα, ατος, τὸ, convitium, probrum, id ipſum, quod alicui probroſe objicitur. A λοιδορέω.

Λοιδορημάτιον, ȣ, τὸ, convitiolum. Dim. a λοιδόρημα.

Λοιδορησμὸς, ȣ̃, ὁ, objurgatio. A λοιδορέω.

Λοιδορία, ας, ἡ, convitium, maledictum, maledictio, obtrectatio. A λοίδορος.

ΛΟΙ'ΔΟΡΟΣ, ȣ, ὁ, convitiator, qui probro adficit, maledicus. Hinc τὸ λοίδορον, ȣ, maledicentia.

Λοιδόρως, *Adv.* conviciando, maledicendo. A λοίδορος.

Λοιμικὸς, ἡ, ὸν, peſtilens. A λοιμός.

ΛΟΙΜΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, peſtis, peſtilentia, lues, contagium; (2) homo peſtilens & exitialis.

Λοιμοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, peſtifer. Ex λοιμὸς, & φέρω.

Λοιμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, peſtilens. A λοιμός.

Λοιμώττειν, peſte laborare, peſte infeſtari, Lucian. Ab eod.

Λοιπαδάριον, ȣ, τὸ, reliquarium, Gl. V. A λοιπάς.

Λοιπὰς, άδος, ἡ, reliquarium, Gl. V. λοιπάδες reliqua, Guil. Bud.

Λοιπάζεσθαι, reliquari, Guil. Bud. Ab eod.

Λοιπογραφία, ας, ἡ, reliquatio, Ph.

Λοιπογραφῶ, reliquo, Gl. V. Ex λοιπὸς, & γράφω.

Λοιπὸς, ἡ, ὸν, reliquus. Hinc τὸ λοιπὸν, quod ſupereſt, & λοιπὸν, *Adv.* cæterum, alioquin, & τȣ̃ λοιπȣ̃, de cætero. A λείπω.

Λοισθεὺς, λοισθῆος, λοισθῆϊ, poët. poſtremus, in primis in certamine. A λοῖσθος.

Λοισθήϊα, Ionice pro λοισθεῖα, præmia, quæ ultimo certatori dantur. A λοῖσθος.

Λοίσθιος, ία, ιον, ultimus, poſtremus. Ab eod.

ΛΟΙ͂ΣΘΟΣ, ȣ, ὁ, ultimus, poſtremus.

ΛΟ'ΚΑΛΟΣ, ȣ, ὁ, ciconia; apud Ariſtot. Hiſt. anim.

Λοξᾶ, *Adv.* oblique. A λοξός.

Λοξεύω, obliquo, obliquum reddo. Ab eod.

Λοξίας, ȣ, ὁ, obliquator, epith. Apollinis, quia obliqua dabat reſponſa, vel quia ſol obliquis flexibus cœlum percurrit. Ab eod.

Λοξοβάμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, oblique incedens. Ex λοξὸς, & βαίνω, *incedo*.

Λοξοβάτης, ȣ, ὁ, idem & ex iiſd.

Λοξοπολέω, ῶ, oblique vagor, tranſverſus feror. Ex λοξὸς, & πολέω, *vagor*.

Λοξοπορέω, ῶ, oblique incedo. Ex λοξὸς, & πόρος, *inceſſus, meatus*.

ΛΟΞΟ'Σ, ἡ, ὸν, obliquus, non rectus, tranſverſus.

Λοξότης, ητος, ἡ, obliquitas. A λοξός.

Λοξοτροχὶς, ίδος, ἡ, oblique currens; (2) oblique verba volvens. Ex λοξὸς, & τρέχω, *curro*.

Λοξόω, ῶ, obliquo, obliquum reddo. Ab eod.

Λοξῶς, *Adv.* oblique. Ab eod.

Λόξωσις, εως, ἡ, obliquatio. A λοξόω.

Λοπαδαρπαγίδης, ȣ, ὁ, patellarum raptor, cum ſcommate dictum in voracem. Ex λοπὰς, & ἁρπαγὴ, *raptio*.

Λοπάδιον, ȣ, τὸ, parva patina, patella. A λοπάς.

Λοπαδοφυσητὴς, ȣ̃, ὁ, helluo. Ex λοπὰς, & φυσάω, *inflo*.

ΛΟΠΑ'Σ, άδος, ἡ, patina, patella.

Λοπάω, ῶ, cortice turgeſco, ſum cortice turgido. A λοπός.

Λοπητὸς, ȣ̃, ὁ, tempus anni, quo arborum cortices turgeſcunt & exemptiles fiunt. A λοπάω.

Λοπία, ας, ἡ, corticis turgiditas, corticis tumor, quum humor ſub eo eſt. Ab eod.

Λοπιάω, ῶ, idem quod λοπάω.

Λοπίζω, f. ίσω, decortico. A λοπός.

Λόπιμος, ȣ, ὁ, decorticabilis, qui decorticari poteſt; ut κάρυον λόπιμον, nux. Gl. V. λόπιμα, caſtaneæ. Ab eod.

Λοπὶς, ίδος, ἡ, ſquama; (2) cortex, putamen. Ab eod.

Λόπισμα, ατος, τὸ, cortex, putamen. A λοπίζω, *decortico*.

Λοπὸς, ȣ̃, ὁ, cortex. A λέπω.

Λορδαίνω, f. ανῶ, incurvo in anteriora. A λορδός.

ΛΟΡΔΟ'Σ, ἡ, ὸν, curvus, cernuus, incurvus in anteriora; mancus, Ph.

Λορδόω, ῶ, f. ώσω, incurvo; λορδȣ̃μαι, incurvor. A λορδός.

Λόρδωσις, εως, ἡ, incurvatio, inclinatio in anteriora. A λορδόω.

Λȣδοτρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, laniſta, Ph. Ex ludus, & τρέφω, *alo*.

Λȣκᾶς, ᾶ, ὁ, Lucas. Nomen viri.

Λȣ̃μαι, lavor, Att. pro λȣ́ομαι, vid. λȣ́ω.

ΛΟΥΝΟ'Ν, Heſ. λαμπρὸν, lucidum, ſplendidum.

Λȣ̃σις, εως, ἡ, lavatio, Gl. V. A λȣ́ω.

ΛΟ͂ΥΣΣΟΝ, ȣ, τὸ, luſſum, album quiddam in abiete naſcens; apud Theophr.

Λȣτὴρ, ῆρος, ὁ, pelvis, vas ad lavandum; labrum. A λȣ́ω.

Λȣτηρίδιον, ȣ, τὸ, labellum. Dim. a λȣτρόν.

Λȣτήριον, ȣ, τὸ, idem & ab eod.

Λȣτηρίσκος, ȣ, ὁ, labellum, Gl. V. A λȣτρόν.

Λȣτιάω, ῶ, lavare cupio, Luc. Lexiphan. Ab eod.

Λύτριον, ȣ, τὸ, aqua ſordida balnei, in qua quis lavit, Heſ. Ab eod.

Λȣ̃τρον, ȣ, τὸ, aqua ſordida in qua quis lavit.

Λȣτρὸν, ȣ̃, τὸ, lavacrum, ipſa aqua in balneo; (2) balneum; (3) lavacrum ſacrum, ſ. baptiſma. A λȣ́ω.

Λȣτροφορέω, ῶ, lavacrum fero, ſponſo loturo fero aquam. A λȣτροφόρος.

Λȣτροφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aquam ferens ad lavandum. Ex λȣ̃τρον, & φέρω, *fero*.

Λȣτροχόος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aquam ad lavandum fundens, aquam lavantibus adfluens. Ex λȣ̃τρον, & χέω, *fundo*.

Λȣτρὼν, ῶνος, ὁ, balneum, lavacrum, Gl. V. A λȣτρόν.

ΛΟΥ'Ω, f. λȣ́σω, lavo, & quidem proprie corpus; λȣ́ομαι, lavor, lavo me. f. λȣσόμενος, lavaturus, a. 1. λȣ́σασθαι, lavari. p. paſſ. λελȣμένος, lotus; λȣ̃μαι, lavor. part. λȣ́μενος, qui lavatur, poëtice pro λȣ̃σαι dicitur λοέσσαι, a. 1. λοεσσάμενος, part. lavans, lotus. Κἀν τῷ καλπίδι ἔλȣσαν ἡμᾶς, Ariſt. Lyſ. 404. Ὕδασι ποταμίοις λευκὸν χρόα ἐλȣ́σατ᾽, Eur. Alc. 157.

Λόφαλοι, ων, οἱ, ſcutula ſplendida, quæ galeis adfigi ſolebant, V. Lex. A λόφος.

Λοφάω, ῶ, criſtatus ſum, criſtam in capite gero; (2) criſtam appeto. Ab eod.

Λοφεῖον, ȣ, τὸ, criſtarum repoſitorium; (2) theca ſpeculi. Ab eod.

Λοφιὰ, ᾶς, ἡ, Ion. λοφιὴ, ῆς, ἡ, cervix, dorſum ſ. eminentia dorſi; (2) juba, ſeta; (3) ſummitas, cacumen. Ab eod.

Λοφίζω, exalto, Vulg. Lex. A λόφος.

Λοφίον, ȣ, τὸ, parva criſta. A λόφος.

Λοφὶς, ίδος, ἡ, criſtæ in galea repoſitorium. Ab eod.

Λοφνία, ας, ἡ, fax, tæda.

Λοφνὶς, ίδος, ἡ, facula, tæda.

Λοφόεις, όεντος, ὁ, tumuloſus, editos colles habens. A λόφος.

Λοφοποιὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui criſtas in galeis conficit. Ex λόφος, & ποιέω, *facio*.

Λοφοπωλέω, ῶ, criſtas vendo. Ex λόφος, & πωλέω, *vendo*.

ΛΟ'ΦΟΣ, ȣ, ὁ, cervix, ſ. ea pars colli in jumentis, cui jugum imponitur; (2) collum ſeu cervix hominis; (3) criſta ſ. ſetæ equinæ in galea; (4) criſtæ avium; (5) collis, tumulus.

Λόφȣρα, ων, τὰ, animalia, quæ caudam & ſetas in cervice erectas habent in modum criſtæ. Ex λόφος, & ȣ̓ρὰ, *cauda*.

Λόφυρος, criſta inſignis, qui cervicem erigit, ſuperbus, Heſ. A λόφος.

Λόφωσις, εως, ἡ, criſtatura, criſtæ emiſſio. Quaſi a λοφόω, quod eſſet *criſtatum reddo.*

Λοφωτὸς, ἡ, ὸν, criſtatus, criſta inſignis. Ab eod.

Λοχαγέτης, ȣ, ὁ, cohortis ductor, Dorice pro λοχηγέτης.

Λοχαγέω, ῶ, f. ήσω, cohortem duco; (2) inſidiis ſtruendis præfectus ſum. A λοχαγός.

Λοχαγία, ας, ἡ, præfectura cohortis. Ab eod.

Λοχαγὸς, ȣ͂, ὁ, qui cohortem ducit, ductor λόχȣ. Ex λόχος, & ἄγω, *duco.*

Λοχαγωγὸς, ȣ͂, ὁ, idem & ex iiſd.

Λοχαγία, ας, ἡ, turmæ vel inſidiarum præfectura. Ab eod.

Λοχάδην, *Adv.* inſidioſe, furtim. A λόχος.

Λοχάζω, inſidior, Heſ. A λόχος.

Λοχαῖος, αία, αῖον, ad parturientem pertinens. A λοχός.

Λοχάρχης, ȣ, ὁ, decurio, Gl. V. Ex λόχος, & ἄρχω, *præſum.*

Λοχάω, ῶ, f. ήσω, inſidior; inſidias pono; λοχάομαι, ῶμαι, inſidiis petor; (2) in inſidiis locatus ſum. Ἐλόχησαν τὰς γυναῖκας, Herodot. Λοχηθῆναι πρὸς τῶν διαδράντων, Heliod. A λόχος.

Λοχεία, ας, ἡ, puerperium, partus.

Λοχεῖα, ων, τὰ, purgamenta poſt partum in mulieribus relicta. Ab eod.

Λοχεῖος, εία, εῖον, ad partum pertinens; ut λοχεία Ἄρτεμις, Diana cum a parturientibus invocatur. At λοχεῖα, τὰ, purgamenta in utero poſt partum relicta. Alicubi & τὰ λοχεῖα, pro loco natali. Ab eod.

Λόχευμα, ατος, τὸ, fœtus, partus, id, quod partu editur. A λοχεύω.

Λοχεύτρια, ας, ἡ, puerpera, pariens; (2) obſtetrix. Ab eod.

Λοχεύω, f. εύσω, parturio, pario; λοχεύομαι, partu edor; ἐλοχεύθης, a. 1. genitus es; & *active* λοχευθείσης τῆς μητρὸς, mater puerperio functa. Ἄνοστον λοχεύσασ', ὥστε μὴ γνῶναι φίλους, Eur. Ion. 1641. Λοχευθεῖσ' ἀστραπηφόρῳ πυρὶ, id. Bac. 3. A λοχός.

Λοχεύω, inſidior. A λόχος.

Λοχηγετέω λόχȣ, ſum tribunus cohortis, Herodot.

Λοχηγέτης, ȣ, ὁ, cohortis ductor. Ex λόχος, & ἡγέομαι, *duco.*

Λοχηγέω, ῶ, f. ήσω, cohortem duco. Ex λόχος, & ἡγέομαι, *duco.*

Λόχια, ων, τὰ, puerperium. A λοχός.

Λοχία, ας, ἡ, puerperium, Gl. V.

Λοχίζω, f. ίσω, in cohortes diſpono, decurio; (2) inſidias pono, in inſidiis colloco. Λοχίζει εἰς ὁδόν τινα κοίλην ϗ λοχμώδη ὁπλίτας τινὰς, Thuc. A λόχος; ſed λοχίζω, parturio, pario, a λοχός.

Λόχιος, ία, ιον, ad partum ſ. puerperium pertinens; λόχια, τὰ, purgamenta poſt partum in utero relicta. A λοχός.

Λοχισμὸς, ȣ͂, ὁ, inſidiarum collocatio. A λοχίζω.

Λοχίτης, ȣ, ὁ, inſidiator; (2) manipularis. A λόχος.

Λοχμαῖος; ut λοχμαία μȣ͂σα, muſa ſylveſtris, ſeu ex ſylvis & fruticetis reſonans. A ſequente.

Λόχμη, ης, ἡ, dumetum, fruticetum; locus inſidiis aptus, ob virgulta denſiora. A λόχος.

Λόχμιος, ſilveſtris, arbuſta & fruticeta frequentans. A λόχμη.

Λοχμώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, arbuſtis & virgultis denſus, fruticoſus. Ab eod.

Λόχονδε, *Adv.* ad inſidias. A λόχος.

ΛΟ΄ΧΟΣ, ȣ, ὁ, cohors, agmen, aliis centuria, aliis decuria; (2) inſidiæ.

ΛΟΧΟ΄Σ, ȣ͂, ἡ, gravida, Dioſc. puerpera, Ph.

Λόω, lavo, ut hinc ſit λό' apud Hom. pro ἔλοε, lavabat, Odyſſ. 10, 361. Sed poteſt & pro ἔλȣε, a λȣ́ω.

Λύα, ας, vel λύη, ης, ἡ, ſeditio, diſſidium, pugna. A λύω, *ſolvo.*

Λυαῖος, ȣ, ὁ, Lyæus, Bacchus. Ab eod.

Λυγαῖος, αία, αῖον, tenebroſus, obſcurus. A λύγη, *tenebræ.*

Λυγαίως, *Adv.* obſcure, latenter, Heſ. Suid. A λυγαῖος.

Λυγδάνω, ſingultio, Heſ. A λύζω.

Λύγδην, *Adv.* ſingultando, ſ. cum ſingultibus. Ab eod.

Λύγδινος, ίνη, ινον, lygdinus, e lygdo confectus. A λύγδος.

ΛΥ΄ΓΔΟΣ, ȣ, ἡ, lygdus, lapidis genus, candoris plane eximii, Parium marmor.

ΛΥ΄ΓΗ, ης, ἡ, tenebræ, obſcuritas.

Λυγίζω, f. ίσω, Dor. ξω, flecto, torqueo; vieo, Gl. V. Τὺ θὴν τὸν ἔρωτα κατεύχεο, Δάφνι, λυγιξεῖν, Theoc. 1, 97. Ἔρωτος ὑπ' ἀργαλέω ἐλυγίχθης, ib. 98. A λύγος.

Λύγινος, ίνη, ινον, viticeus, vimineus. A λύγος.

Λύγισμα, ατος, τὸ, flexus, contortio. A λυγίζω.

Λυγισμὸς, ȣ͂, ὁ, idem & ab eod.

Λυγιστὴς, ȣ͂, ὁ, λυγισταὶ, vietores, Gl. V. A λυγίζω.

Λυγιστικὸς, ἡ, ὸν, agilis in flectendo ſe; (2) qui commode flecti poteſt, Gl. V. λυγιστικὸν, viminale. Ab eod.

Λυγιστὸν, flexile, Gl. V. Ab eod.

Λυγιαίνω, ſingultio, Suid. A λύζω.

Λυγκεὺς, εως, ὁ, Lynceus dictus quidam ob inſignem viſus aciem, unde proverb. A λύγξ.

Λυγκȣ́ριον, ȣ, τὸ, lyncurium electrum, quod e lyncis urina concreſcit. Ex λύγξ, & ȣ͂ρον, *urina.*

Λὺγξ, γδὸς, ἡ, ſingultus. A λύζω.

ΛΥ΄ΓΞ, κὸς, ὁ, vel ἡ, lynx, fera, prædita acerrimo viſu,

Λυγκικὸς, ἡ, ὸν, lynceus. A λύγξ.

Λυγμὸς, ȣ͂, ὁ, ſingultus. A λύζω.

Λυγοδέσμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vitice unctus. Ex iiſd.

ΛΥ΄ΓΟΣ, ȣ, ἡ, vitex, vimen; (2) virga, bacillus.

Λυγὸς, ȣ͂, ὁ, prelum quoddam, Heſ. A λυγίζω.

Λυγοτευχὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, viticeus, vimineus; ut λυγοτευχὴς κύρτος, de cavea pſittaci. Ex λύγος, & τεύχω, *ſtruo.*

Λυγόω, ῶ, f. ώσω, flecto, inflecto, vincio, ligo. Καὶ Δανάης ἐλύγωσεν ὁ χρύσος φρένα, Epigr. A λύγος.

ΛΥΓΡΟ΄Σ, ρὰ, ρὸν, gravis, difficilis, funeſtus, triſtis, exitioſus, miſerabilis, miſero conveniens.

Λυγρῶς, *Adv.* graviter, exitioſe, miſerabiliter. A λυγρός.

Λωγώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, viticeus, vitici ſimilis, lentus, flexibilis. A λύγος.

Λύδδα, ης, ἡ, Lydda, urbs Judææ.

Λυδία, ας, ἡ, Lydia, regio Aſiæ min. Mæonia; (2) nomen mulieris. A Λυδός.

Λυδιάζω, Lydos imitor, Lydos ſequor; (2) cum Lydis facio, Suid. Ab eod.

Λυδιακὸς, ἡ, ὸν, Lydius, Lydicus. Ab eod.

Λύδειος, εία, ειον, Lydius, Lydicus. Ab eod.

Λυδίζω, ίσω, Lydos imitor & ſector; cum Lydis facio.

Λύδιος, ία, ιον, idem & ab eod.

Λυδιστὶ, *Adv.* Lydorum imitatione, Lydio more, Lydice. A λυδίζω.

Λυδοπαθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, obnoxius iis πάθεσι, quibus Lydi; voluptuarius, mollis.

ΛΥΔΟ΄Σ, ȣ͂, ὁ, Lydus, e Lydia oriundus.

ΛΥ΄ΖΩ, f. ξω, ſingultio, ſingulto. Γοερὸν λύζειν, Epigr.

ΛΥ΄ΘΡΟΝ, ȣ, τὸ, cruor, ſanguis pulverulentus, pulvis ſanguine permixtus, cruor, ſanies, tabus.

Λυθρόω, ῶ, f. ώσω, cruento, ſanguine cum pulvere permiſto fœdo; unde part. paſſ. p. λελυθρωμένος, cruentatus. A λύθρον.

Λυθρώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, cruentus, ſanguinolentus. Ab eod.

ΛΥΚΑ΄ΒΑΣ, αντος, ὁ, annus.

Λύκαια, ων, τὰ, Lupercalia. A λύκος.

Λυκαίνα, ης, ἡ, lupa. Ab eod.

Λυκαινὶς, ίδος, ἡ, parva lupa. Dim. a λύκαινα.

Λυκαῖος, Lycæus. Jovis cognomentum, a Lycæis. ſ. Lupercalibus, quæ Lycaon inſtituit.

Λυκανθρωπία, ας, ἡ, morbus melancholicus, quo qui laborant, noctu luporum more egrediuntur & in primis circa mortuorum corpora, donec illuceſcat, verſantur. A λυκάνθρωπος.

Λυκάνθρωπος, ſc. νόσος, ἡ, idem. At λυκάνθρωπος, ὁ, homo, qui lycanthropo, ſeu lycanthropiæ laborat. Ex λύκος, & ἄνθρωπος, *homo.*

Λυκαυγὲς, εος, τὸ, diluculum. Ex λύκη, & αὐγη, *fulgor.*

Λυκέη, *contr.* λυκῆ, ῆς, ἡ, pellis lupina. A λύκος.

Λύκειον, ȣ, τὸ, Lyceum, gymnaſium Athenis.

Λύκειος, εία, ειον, vel λύκειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, lupinus. Eſt & Apollinis epith. a λύκος; quia lupus ei dicatus; vel a λύκη, quæ ſole oriente exiſtit.

ΛΥ΄ΚΗ, ης, ἡ, lux prima, quæ præcedit ſolis ortum.

Λυκηγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lucem generans; (2) in Lycia genitus; (3) epith. Apollinis, quod ei lupus ſit dicatus; vel quia ſol oriens τὴν λύκην producit. Ex λύκος, vel λύκη, & γείνομαι, *naſcor.*

Λυκηδὸν, *Adv.* luporum more. Ab eod.

Λυκηθμὸς, ȣ͂, ὁ, luporum ululatus, Suid. Ab eod.

Λυκιδεὺς, έως, ὁ, lupi catulus. pl. λυκιδεῖς. A λύκος.

Λυκίηθεν, *Adv.* e Lycia. A Λυκία, *Lycia.*

Λύκιον, ȣ, τὸ, lycium, arbor quædam ſpinoſa; (2) locus in Theſſalia; (3) ſuccus e lycio arbore ſ. frutice extractus. A λύκος.

Λυκὶς, ίδος, ἡ, lupa parva. Ab eod.

Λυκίσκος, ȣ, ὁ, trochlea ſucula carens, Heſ.

Λυκοβατίας, ȣ, ὁ, ut λυκοβατίας δρυμὸς, nemus, ſaltus, ubi lupi verſantur. Ex λύκος, & βαίνω, *vado.*

Λυκόβρωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a lupo manſus, a lupo arroſus, a lupo morſus. Ex λύκος, & βρώσκω, *voro.*

Λυκόδοντες, canini dentes, qui bini, al. κυνόδοντες. Ex λύκος, & ὀδȣ̀ς, *dens.*

Λυκοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lupo ſimilis, lupi ſpeciem habens. Ex λύκος, & εἶδος, *forma, ſpecies.*

Λυκοεργὴς, ſ. λυκεργὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, arcens ſeu urgens lupos. Ex λύκος, & εἴργω, *arceo.*

Λυκοθαρσὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lupi more audax, magnanimus. Ex λύκος, & θάρσος, *audacia.*

Λυκοθήρας, α, ὁ, luparius, Gl. V. nempe qui lupos venatur. Ex λύκος, & θήρα, *venatio*.

Λυκοκτονέω, ῶ, f. ήσω, lupum vel lupos occido. A λυκοκτόνος.

Λυκοκτόνος, ου, ὁ ϗ ἡ, luporum interfector. Hinc τὸ λυκοκτόνον, ου, aconitum, quod lupos interficiat, forte ab ipſis comeſtum. Ex λύκος, & κτείνω, *interficio*.

Λυκοπάνθηρ, ηρος, ὁ, animal, quod ex parte lupus, ex parte panthera eſt. Ex λύκος, & πάνθηρ, *panthera*.

Λυκόποδες, ων, οἱ, ſatellites tyrannorum. Ex λύκος, & πους, *pes*, vel quod pedes pellibus lupinis contectos haberent, vel potius, quod luporum more rapaces eſſent, vel etiam lupi inſigne in clypeis geſtarent.

Λυκοῤῥαίστης, ου, ὁ, luporum lanatior; λυκοῤῥαισταὶ κύνες in Epigr. Ex λύκος, & ῥαίω, *perimo*.

ΛΥ´ΚΟΣ, ου, ὁ, lupus; (2) lupatum, fræni genus aſperrimum, Heſ. (3) λύκοι, flos herbæ iridis, quod labiorum lupi ſpeciem referant, V. Lex. (4) inſtrumentum quoddam coquinarium, Pollux. (5) avis e monedularum genere, V. Lex. Ex Ariſtot. (6) piſcis, qui alio nomine καλλιώνυμος, ex Athenæo; (7) aranei genus, Heſ. (8) paſtilli nomen adſtringentis & deſiccantis, ap. Aëtium; (9) pro ſole, Macrob.

Λυκοσκυτάλιον, ου, τὸ, quibuſdam Seſamoides magnum, Dioſc. Ex λύκος, & σκυτάλιον, quod vide.

Λυκοσπάδες, ων, οἱ, equi a fræni genere, quod λύκος, lupatum, Plut Symp. Euſtathio ſunt, qui bibentes dimidiam capitis partem in aquam immittant. At Nicandri Scholiaſtæ, veſpæ.

Λυκόστομος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui ore lupino eſt; apuæ epith. apud Suid. Ex λύκος, & στόμα.

Λυκόφθαλμος, ου, ὁ ϗ ἡ, q. d. lupinos oculos habens; eſt autem gemmæ nomen.

Λυκοφιλία, ας, ἡ, lupina, ſuſpecta & ſubdola amicitia. A λυκοφίλιος.

Λυκοφίλιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſubdolus, ſuſpectus, lupina quadam amicitia nixus. Ex λύκος, & φίλος, *amicus*.

Λυκοφιλίως, *Adv.* ſuſpecte, ſubdole, cum lupina quadam ſimultate. A λυκοφίλιος.

Λυκόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui eſt lupini animi. Ex λύκος, & φρὴν, *mens*.

Λυκοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lupum ferens. Ex λύκος, & φέρω, *fero*.

Λυκόφως, τὸ, tempus, quod ſolis exortum præcedit. Gl. V. crepuſculum, diluculum. Ex λύκος, & φῶς, *lux*.

Λυκόχροος, *contr.* λυκόχρους, ου, ὁ ϗ ἡ, lupi colorem habens. Ex λύκος, & χρόα, *color*.

Λυκοψία, ας, ἡ, aliis nox ſubluſtris, aliis noctis obſcuritas, crepuſculum. Ex λύκος, & ὄψις, *adſpectus*.

Λύκοψις, λύκοψος, vel λυκοψὸς, quarta anchuſæ ſpecies. Dioſc. Gal. Paul. Ægin.

Λυκόω, ῶ, dilanio, dilacero lupi more. Paſſ. λυκοῦμαι, unde p. part. λελυκωμένα, a lupo dilacerata. A λύκος.

Λυκώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, lupinus, lupo ſimilis, lupum referens. Ab eod.

ΛΥ͂ΜΑ, ατος, τὸ, purgamentum; ſordes; λύματα, piacula, Ph.

Λυμαίνω, & frequentius λυμαίνομαι, devaſto, labefacto, violo; populor; vitio, corrumpo; λυμηνάμενος, a. 1. med. qui vaſtavit; λελυμασμένος, p. part. paſſ. vaſtatus. Λυμαίνεσθαι τὰ πράγματα τῆς πόλεως, Dem. λέχη, Eur. Bac. 354. Τοιαῦτα μέν τοι Σοφοκλέης λυμαίνεται ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν ἐμὲ τὸν Τηρέα, Ariſt. Av. 100. A λύμη.

Λυμαντὴρ, ῆρος, ὁ, perditor, corruptor. A λυμαίνω.

Λυμαντήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, pernicioſus, exitialis. A λυμαντήρ.

Λυμαντὴς, οῦ, ὁ, idem quod λυμαντήρ.

Λυμεὼν, ῶνος, ὁ, perditor, vaſtator, violator. A λύμη.

ΛΥ´ΜΗ, ης, ἡ, lues, noxa, exitium; (2) injuria fœda in corpore humano; (3) ſordes.

Λυπέω, ῶ, f. ήσω, dolore adficio, contriſto; (2) lædo, offendo, detrimento adficio; λυποῦμαι, triſtor, mœreo. Ἔι με λυπήσεις πέρα, præter modum, Ariſt. Av. 1251. Μηδένα λυπῆσαι τῶν πολιτῶν, Iſocr. A λύπη.

ΛΥ´ΠΗ, ης, ἡ, dolor, animi moleſtia & ægritudo, triſtitia, mœror.

Λύπημα, ατος, τὸ, idem. A λυπέω.

Λυπηρὸς, ρὰ, ρὸν, moleſtus, moleſtiam & ægritudinem animi adferens, acerbus, triſtis. A λύπη.

Λυπηρῶς, *Adv.* cum moleſtia, moleſte, cum dolore, dolenter. A λυπηρός.

Λυπητικὸς, ὴ, ὸν, qui triſtitia adficere ſolet; (2) qui triſtatur. A λυπέω.

Λυπρόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui duram degit vitam. Ex λυπρὸς, & βίος, *vita*.

Λυπρόγαιος, ου, ὁ ϗ ἡ, gracile & macilentum ſolum habens. Ex λυπρὸς, & γαῖα, *terra*.

Λυπρὸς, ὰ, ὸν, idem quod λυπηρὸς; (2) gracilis, tenuis, macilentus, aridus. A λυπηρός.

Λυπρότης, ητος, ἡ, ariditas, gracilitas, macies. A λυπρός.

Λυπρόχωρος, ου, ὁ ϗ ἡ, idem quod λυπρόγαιος. Ex λυπρὸς, & χώρα, *regio*.

Λυπρῶς, *Adv.* tenuiter, viliter, ſteriliter. A λυπρός.

ΛΥ´ΡΑ, ας, ἡ, lyra, inſtrumentum muſicum; (2) ſidus cœleſte; (3) piſcis quidam.

Λυραοιδὸς, οῦ, ὁ, lyricen, qui lyra canit. Ex λύρα, & ἀοιδὸς, *cantor, qui canit*.

Λυρίζω, f. ίσω, lyra cano, lyra ludo. A λύρα.

Λυρικὸς, ὴ, ὸν, lyricus, melicus; (2) ὁ, poëta lyricus. Ab eod.

Λύριον, ου, τὸ, lyrula, parva lyra. Dim. a λύρα.

Λυριστὴς, οῦ, ὁ, qui lyra canit. fidicen, Ph. A λυρίζω.

Λυρογηθὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lyra gaudens, epith. Apollinis in Epigr. Ex λύρα, & γήθομαι, *gaudeo*.

Λυρόεις, όεσσα, όεν, lyricus, cui lyrica modulatio ineſt. A λύρα.

Λυροεργὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui lyras conficit. Ex λύρα, & ἔργον, *opus*.

Λυροθελγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui lyra ſeu lyræ ſono permulſus eſt. Ex λύρα, & θέλγω, *mulceo*.

Λυρόκτητος, ου, ὁ ϗ ἡ, lyra adquiſitus. Ex λύρα, & κτάομαι, *adquiro*.

Λυροκτυπίη, ης, ἡ, lyræ ſonus, lyræ pulſus. Ex λύρα, & κτύπος, *ſonitus*.

Λυροκτύπος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui lyram pulſat. Ex λύρα, & κτύπος, *ſonitus*.

Λυροποιητικὸς, ὴ, ὸν, lyras conficiendi peritus. Ex λύρα, & ποιέω.

Λυροποιΐα, ας, ἡ, lyrarum compactio, lyrarum conficiendarum ſcientia. A λυροποιός.

Λυροποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, qui lyras conficit, qui lyras compingit. Ex λύρα, & ποιέω, *facio*.

Λυροφοίνιξ, ικος, ὁ, ſpecies quædam lyræ, quaſi lyra Phœnicia, Heſ. Ex λύρα, & φοίνιξ, *Phœnix*.

Λυρῳδία, ας, ἡ, lyræ cantus, lyræ modulatio. A λυρῳδός.

Λυρῳδὸς, οῦ, ὁ, lyricen, qui lyra canit. Ex λύρα, & ᾠδὴ, *cantus*.

Λυρῳδῶς, *Adv.* lyrice, more eorum, qui lyra canunt. A λυρῳδός.

Λυσανίας, ου, ὁ, dolores ſolvens. Apud Ariſtophanem alluſio ad Lyſanias, nomen viri.

Λυσήνωρ, ορος, ὁ ϗ ἡ, homines ſolvens, homines frangens. Ex λύσις, & ἀνὴρ, *vir, homo*.

Λυσίγαμος, ου, ὁ ϗ ἡ, nuptias ſolvens. Ex λύσις, & γάμος, *nuptiæ*.

Λυσιγυΐα, ας, ἡ, membrorum ſolutio, membrorum luxatio. A λυσίγυιος.

Λυσίγυιος, ου, ὁ ϗ ἡ, membra ſolvens, diſſolvens artus. Ex λύσις, & γυῖον, *artus*.

Λυσίδικος, ου, ὁ ϗ ἡ, qui lites dirimit; (2) qui jura diſſolvit. Ex λύσις, & δίκη, *jus, fas*.

Λυσιέθειρα, ας, ἡ, capillos ſolutos ſive paſſos habens. Ex λύσις, & ἔθειρα, *capilli*.

Λυσιζώνη, ης, ἡ, quæ zonam ſolvit. Ex λύσις, & ζώνη, *zona*.

Λυσίζωνος, ου, ὁ ϗ ἡ, diſcinctus, Ph. (2) quæ virginitatem amiſit, ſoluta zona virginali. Ex iiſd.

Λυσίκακος, ου, ὁ ϗ ἡ, malorum ſolutor, a malis liberans. Ex λύσις, & κακὸς, *malus*.

Λυσίκομος, ου, ὁ ϗ ἡ, capillos ſolutos ſ. paſſos habens. Ex λύσις, & κόμη, *coma*.

Λυσιμαχία, ας, ἡ, Lyſimachia, herba, cujus ea vis eſſe dicitur, ut jumentis diſcordantibus impoſita, aſperitatem cohibeat. Ex λύσις, & μάχη, *pugna*.

Λυσιμελέω, dimembro, Gl. V. A ſeq.

Λυσιμελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ſolvens membra. Ex λύσις, & μέλος, *membrum*.

Λυσιμέριμνος, ου, ὁ ϗ ἡ, curas ſolvens; (2) curis ſolvendis idoneus. Ex λύσις, & μέριμνα, *cura*.

Λύσιμος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſolubilis, qui ſolvi poteſt; (2) qui refelli vel refutari poteſt; (3) exemptilis. A λύσις.

Λυσίνομος, ου, ὁ ϗ ἡ, legis diſſolutor, legis raptor, Nonnus. Ex λύσις, & νόμος, *lex*.

Λύσιος, ία, ιον, vel λύσιος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſolvendi ſ. liberandi vim habens. Epith. Bacchi, quia ſolvit & liberat curis. At λύσιοι Θεοὶ, expiationum præſides dii. A λύω.

Λυσιπαίγμων, ονος, ὁ, in jocos reſolvens. Epith. Bacchi. Ex λύω, & παῖγμα, *jocus*.

Λυσιπήμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, detrimento vel damno liberans. Ex λύω, & πῆμα, *damnum*.

Λυσίποθος, ου, ὁ ϗ ἡ, deſiderium ſ. amorem ſolvens. Ex λύω, & πόθος, *deſiderium*.

Λυσίπονος, ου, ὁ ϗ ἡ, laboribus & moleſtiis liberans, dolores eximens. Ex λύω, & πόνος, *labor*.

Λύσις, εως, ἡ, ſolutio, diſſolutio; (2) actio ſolvendi captivitate; (3) redemptio; (4) ſolutio quæſtionis vel ænigmatis; (5) ſolutio pecuniæ vel debiti; (6) expiatio. A λύω, *ſolvo*.

Λυσιτέλεια, ας, ἡ, utilitas. A λυσιτελής.

Λυσιτελέω, ῶ, utilis ſum, proſum, expedio, confero; λυσιτελεῖ, expedit. Μηδενὶ δεσπότῃ λυσιτελεῖν, Xen. Λυσιτελεῖ αὐτῷ εἰ μύλος, &c. Luc. 17, 2. Ab eod.

Λυσιτελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, utilis, frugifer, commodus; λυσιτελέστερον, commodius. Ex λύω, & τέλος, *vectigal*.

Λυσιτελούντως, *Adv.* utiliter. A λυσιτελέων, quod eſt partic. præſ. a λυσιτελέω.

Λυσιτελῶς, *Adv.* utiliter, commode. A λυσιτελής.

Λυσίφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, mentem curis ſolvens l. liberans, ſeu prudentiam e mente tollens, epith. Lyæi ſ. Bacchi. Ex λύω, & φρὴν, *mens, prudentia.*

Λυσιῳδὸς, οῦ, ὁ, Lyſiodus. Λυσιῳδοὶ, erant theatrales quidam muſici, a Lyſide quodam ſic dicti, & ᾠδὴ, *cantus.*

ΛΥΣΚΑ'ΖΩ, aufugio, Heſ.

ΛΥ'ΣΣΑ, vel λύττα, ης, rabies, furor, proprie canum; (2) vermiculus ſub lingua canum, quo exempto nec rabidi fieri, nec faſtidium ſentire dicuntur.

Λυσσαλέος, έα, έον, rabidus. A λύσσα.

Λυσσὰς, άδος, ἡ, rabida, rabioſa. Ab eod.

Λυσσάω, vel λυττάω, ῶ, rabidus ſum, in rabiem actus furo, de canibus & lupis; (2) de homine. Λυττῶν ϗ ἄγριος δεσπότης, Plat. Ab eod.

Λυσσήεις, εντος, ὁ, rabidus, furioſus.

Λύσσημα, ατος, τὸ, rabies, furor. A λυσσάω.

Λυσσητὴρ, ῆρος, ὁ, qui furit, rabidus, rabioſus. A λυσσάω.

Λυσσόδηκτος, ου, ὁ ϗ ἡ, a rabido cane morſus. Ex λύσσα, & δάκνω, *mordeo.*

Λυσσομανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in rabidum furorem actus, rabidus præ furore. Ex λύσσα, & μαίνεσθαι, *furere.*

Λυσσόω, ῶ, f. ώσω, in rabiem ago; λυσσόμαι, in rabiem agor, rabie percellor, a. 1. λυσσαθῆναι, rabie agitari. A λυσσόω.

Λυσσώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, rabidus, rabioſus. Ab eod.

ΛΥ'ΣΩΜΑ, ατος, τὸ, æquamentum capillorum. Gl. V. λύσωμα, diſcriminale.

Λυσωμάτιον, ου, τὸ, diſcerniculum, Gl. V. A præc.

Λύσωσις, εως, ἡ, idem quod λύσωμα.

Λύτειρα, ας, ἡ, ſolutrix, quæ ſolvit. A λυτήρ.

Λυτέον, ſolvendum. A λύω.

Λυτὴρ, ῆρος, ὁ, ſolutor, liberator; (2) expiator. A λύω.

Λυτήριος, ου, ὁ ϗ ἡ, liberatorius, ſolutorius; (2) expiatorius; (3) ſolvendi ſeu liberandi vim habens. A λυτήρ.

Λυτικὸς, ἡ, ὸν, ſolvendi vim habens. A λύω.

Λυτικῶς, cum quadam diſſolvendi facultate. A præc.

Λυτὸς, ἡ, ὸν, ſolubilis, qui ſolvi poteſt; (2) ſolutus. Ab eod.

Λύτρον, ου, τὸ, redemptionis pretium, pretium redempti captivi. Ph. λύτρα, redimiæ. Ab eod.

Λυτρόω, ῶ, f. ώσω, redimo; λυτρόομαι, οῦμαι, redimo, redimor; λυτρώσασθαι, redimere; λυτρωθῆναι, redimi, redemptum eſſe. Ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραὴλ, Luc. 24, 21. Ὀυ φθαρτοῖς-- ἐλυτρώθητε, 1 Pet. 1, 18. A λύτρον.

Λύτρωσις, εως, ἡ, redemptio, luitio. A λυτρόω.

Λυτρωτέον, redimendum. Ab eod.

Λυτρωτὴς, οῦ, ὁ, redemptor. Ab eod.

Λύτωρ, ορος, ὁ, liberator, ſolutor. A λύω.

Λυχναῖος, ου, ὁ, & λυχνεὺς, έως, ὁ, lapis pellucidus, ſpecieſque pyropi, vel carbunculi. A λύχνος.

Λυχνάπτης, ου, ὁ, qui lychnum ſ. lumen accendit. Ex λύχνος, & ἅπτω, *incendo.*

Λυχναψία, ας, ἡ, luminis ſeu lychni accenſio; lucernarum accenſio, Gl. V. Ex λύχνος, & ἅπτω, *accendo.*

Λυχνεῖον, ου, τὸ, candelabrum. A λύχνος.

Λυχνεύω, f. εύσω, præluceo. Ab eod.

Λυχνεὼν, ῶνος, ὁ, lucernarum repoſitorium. Ab eod.

Λυχνία, ας, ἡ, idem & ab eod.

Λυχνιαῖος, αία, αῖον, ut λυχνιαία φλὸξ, lucernæ flamma. Ab eod.

Λυχνίδιον, ου, τὸ, lucernula. Dim. ab eodem.

Λύχνιον, ου, τὸ, idem quod λυχνία.

Λυχνὶς, ίδος, ἡ, lucernula; (2) flos quidam. Ph. λυχνὶς, roſa Græca; *item*, populia; (3) gemma quædam. A λύχνος.

Λυχνίσκος, ου, ὁ, lucernula. A λύχνος.

Λυχνίτης, ου, ὁ, q. d. lucernarius; λυχνίτης λίθος, λυχνῖτις πόα, herba lucernaria; lychnites, lapis. Ab eod.

Λυχνόβιος, ου, ὁ ϗ ἡ, quæ noctu agenda ſunt interdiu agens, & quæ interdiu peragenda ſunt, noctu agens, lucernarius. A λύχνος, & βίος, *vita.*

Λυχνοβόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lychni ſ. ellychnii vorator. Ex λύχνος, & βορὰ, *cibus.*

Λυχνοκαΐα, ας, ἡ, Ion. λυχνοκαΐη, ης, ἡ, dies feſtus apud Ægyptios, quo lampades accendebantur. Ex λύχνος, & καίω, *uro.*

Λυχνοκαυτία, ας, ἡ, luminum, lucernarum ſeu lychnorum accenſio. Ex iiſd.

Λυχνοποιὸς, οῦ, ὁ ϗ ἡ, lucernarum confector. Ex λύχνος, & ποιέω, *facio.*

Δυχνόπολις, εως, ἡ, urbs lucernarum, nomen fictum a Luciano in V. Hiſt. Ex λύχνος, & πόλις, *urbs.*

Λυχνοπώλης, ου, ὁ, lychnorum ſ. lucernarum venditor. Ex λύχνος, & πωλέω, *vendo.*

ΛΥ'ΧΝΟΣ, ου, ὁ, lychnus, lucerna, candela.

Λυχνοῦχος, ου, ὁ, lychnuchus, qui lychnum tenet, qui lumen ſuſtinet. Gl. V. lucernarius; candelabrum; (2) lucerna. Ex λύχνος, & ἔχω, *habeo.*

Λυχνοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, lucernam ferens, prælucens. Ex λύχνος, & φέρω, *fero.*

ΛΥ'Ω, f. λύσω, p. λέλυκα, ſolvo, laxo, remitto, libero, ſolvo e portu. Ὀυ γὰρ ἥσυχος κόρη ἔλυσε χρησμῶν (διὰ) ὡς πρὶν αἰόλον στόμα, Lyc. 4. Πρῶτος ἀγγέλων ὄκνου σε λύσω, Soph. Trach. 184. Τῆς νῦν παρούσης πημονῆς λύσεις βάρος, id. El. 945. Ὁι γὰρ Πρυτάνεις λύουσι τὴν ἐκκλησίαν, Ariſt. Ach. 177. Λῦσόν με δεσμῶν, id. Θεσμ. 1118.

ΛΩ῀, λῇς, λῇ, vel λῆς, λῆ, volo, vis, vult; λῶντι, pro λῶσι, volunt.

Λωβάζω, injuria adficio, contumeliam infero; λωβάζεσθαι, contumelioſe improbari. A λώβη.

Λωβάομαι, ῶμαι, idem; (2) corrumpo, depravo; (3) mutilo, deformo. *Item Paſſ.* λελωβημένος, contumelia affectus; depravatus, mutilatus; λωβηθεὶς, a. 1. idem. Πλεκταῖσιν ἀρτάναισι λωβᾶται βίον, Soph. Antig. 54. Τὴν πόλιν οὕτως αἰσχρῶς ϗ δεινῶς ἐλωβήσαντο, Herodot. Ab eod.

Λώβευσις, εως, ἡ, contumeliæ illatio, irriſio. A λωβεύω.

Λωβεύω, f. εύσω, contumelia adficio; (2) irrideo, illudo. Τίπτε με λωβεύεις πολυπενθέα θυμὸν ἔχουσαν; Odyſſ. 23, 15. A λώβη.

Λωβέω, λωβέομαι, Ionice, injuriam infero. Ab eod.

ΛΩ'ΒΗ, ης, ἡ, injuria, contumelia; (2) opprobrium, dedecus; (3) pernicies, damnum, jactura, mutilatio; (4) quidam aurium morbus.

Λωβήεις, ήεσσα, ῆεν, damnoſus, pernicioſus. A λώβη.

Λώβησις, εως, ἡ, injuriæ ſ. contumeliæ illatio. A λωβέω.

Λωβητὴρ, ῆρος, ὁ, injuriæ ſ. contumeliæ illator, injurioſus, contumelioſus; (2) contumelia dignus; flagitioſus. Ab eod.

Λωβητὴς, οῦ, ὁ, injurioſus, contumelioſus; (2) depravator, corruptor. Ab eod.

Λωβητὸς, ἡ, ὸν, injuria ſ. contumelia adfectus, læſus; (2) injuriæ ſ. contumeliæ expoſitus, ſive obnoxius; (3) dolore adfectus. Ab eod.

Λωβήτωρ, ορος, ὁ, convitiator, contumelioſus; (2) qui nocet, qui perdit, qui vaſtat. Ab eod.

Λωβὸς, ἡ, ὸν, qui aurium quodam morbo laborat; (2) perplexus. A λώβη.

ΛΩΓΑ'ΝΙΟΝ, ου, τὸ, quod e bovis collo dependet.

Λωΐων, ονος, ὁ ϗ ἡ, melior, quem magis volumus. Hinc *Compar.* alius, λωΐτερος, melior, & *Superl.* λώϊστος, & *contr.* λῷστος, optimus. A λῶ, *volo.*

ΛΩ῀ΜΑ, ατος, τὸ, fimbria, inſtita, ora veſtimenti.

Λωμάτιον, ου, τὸ, fimbriola. A λῶμα.

ΛΩ῀ΟΣ, vel λῷος, ου, ὁ, Lous, menſis, apud Macedonas, cujus primo die ſolſtitium æſtivum incidit.

Λωπὰς, άδος, ἡ, veſtimentum tenue. A ſeq.

Λώπη, ης, ἡ, pallium; (2) veſtimentum, veſtis. Ab eod.

Λωπίζω, f. ίσω, veſte exuo, denudo. Ab eod.

Λώπιον, ου, τὸ, parvula tunica; (2) veſtis; (3) veſtimentum vile; (4) velum nauticum. Dim. ab eod.

Λωποδυσία, ας, ἡ, ſpoliatio, graſſatio, proprie veſtium exſpoliatio. A λωποδύω.

Λωποδυτέω, ῶ, f. ήσω, veſte exuo, veſtimenta furor; (2) ſpolio, rapinis infeſto. Ph. λωποδυτεῖ, graſſatur. Λωποδυτεῖ τὴν Ἑλλάδα, Hermog. vid. & Ariſt. Plut. 165. A λωποδύτης.

Λωποδύτης, ου, ὁ, qui viatores vel mortuos veſtimentis exuit & ſpoliat; graſſator. A λωποδύω.

Λωποδύω, f. ύσω, idem quod λωποδυτέω.

ΛΩ῀ΠΟΣ, εος, τὸ, veſtimentum tenue.

ΛΩ῀ΡΟΝ, ου, τὸ, lorum, habena; (2) vinculum capitis, diadema imperatorium.

Λῶρος, ου, ὁ, idem.

Λῷστος, vid. λωΐων.

Λώταξ, αγος, ὁ, mendicus; (2) tibicen. A λωτός.

Λωτεῦντα πεδία, campi loto abundantes, herboſi apud Homerum, Il. μ, 283. pro λωτοῦντα, quod veteres contractum ex λωτόεντα volunt, a λωτόεις, alii ex λωτέοντα, quaſi a verbo λωτέω, quod eſſet lotum & herbas profero.

Λωτία, ας, ἡ, ſertum e loto textum. Ab eod.

Λωτίζω, f. ίσω, lotum carpo, lotum decerpo. Ab eod.

Λώτινος, ίνη, ινον, lotinus, qui e loto eſt. Ab eod.

Λωτόεις, όεσσα, όεν, loti ferax, herboſus. Hoc vocabulum præſupponitur, ut hinc ſit λωτεῦντα.

ΛΩΤΟ'Σ, οῦ, ὁ, lotus; (2) trifolium. Ph.

Λωτοτρόφος, ου, ὁ ϗ ἡ, lotum alens ſeu produc[illegible]. Ex λωτὸς, & τρέφω, *alo.*

Λωτοφ[illegible], populi loto victitantes. Ex λωτὸς, & φαγεῖν, *comedere.*

Λωτροχόος, aquam fundens, Dorice pro λουτροχόος, vid. λοετροχόος.

ΛΩΦΑ'Ω, ῶ, f. ήσω, reſpiro, interquieſco. Κἄπειτ' ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν φόνου, Soph. Aj. 61. Ἀπὸ νόσου μεγάλης ϗ πολέμου βραχύ τι λελωφήκαμεν, Thuc.

Λωφέω, ῶ, quieſco, Heſ. (2) ſedo, Heſ.

Λωφήϊον, ſedandi vim habens. A λωφέω.

Λώφημα, ατος, τὸ, laxamentum. A λωφάω.

Λώφησις, εως, ἡ, quies, ceſſatio, reſpiratio, laxamentum. Ab eod.

M.

M, Littera Græcorum duodecima, quæ μῦ dicitur, atque nomen habet ab Hebræorum Mem; (2) nota numeralis valens *quadraginta*, & cum lineola inferne appoſita μ, *quadraginta millia*.

MA', *Adv.* jurandi negativum; μὰ Δία non certe, per Jovem. οὐ μὰ Δία, idem. Sed ναὶ μὰ Δία affirm. profecto, certe, per Jovem. Occurrit μὰ ſolum & affirmative, ſed raro, & fere apud recentiores.

Μαγαδίζειν, magadi canere, pſallere. Ab eod.

Μαγάδιον, ου, τὸ, parva μαγὰς; (2) aſſerculus, qui recipit chordas lyræ. Dim. a μαγάς.

Μάγαδις, ſive μαγάδις, Acc. ιν, ἡ, magas, inſtrumentum quoddam muſicum. Ab eod.

Μαγάζειν, fides pulſare, pſallere. Ab eod.

ΜΑΓΑ'Σ, άδος, ἡ, hemiſphærium, ſeu lamina lignea repanda, ſuper qua citharæ nervi contenduntur, fulcrum, ponticulus, canon.

Μαγγανεία, ας, ἡ, veneficium, præſtigiæ, incantatio, lenocinia. A μαγγανεύω.

Μαγγάνευμα, ατος, τὸ, idem & ab eod.

Μαγγανευτὴς, οῦ, ὁ, veneficus, præſtigiator, mango, qui varias res miſcet, ut alios decipiat. Ab eod.

Μαγγανευτικὸς, ἡ, ὸν, præſtigiatorius. A μαγγανευτής.

Μαγγανεύω, præſtigiis & incantationibus utor. Κίρκην---μαγγανεύουσαν μολύνουσάν τε τοὺς ἑταίρους, λαβόντες, Ariſt. Plut. 310. A μάγγανον.

ΜΑ'ΓΓΑΝΟΝ, ου, τὸ, veneficium, præſtigiæ; (2) machinamentum præſtigiatorium; (3) ſeræ vectis, peſſulus, repagulum. Ph. μάγγανον πολεμικὸν, balliſtra; μάγγανα πολεμικὰ, tormenta.

Μαγδαλὰ, Magdala. Nomen loci Hebr. *Turris*.

Μαγδαληνὴ, ῆς, ἡ, Magdalena. Nomen mulieris Hebr. *Magnifica*, vel etiam quæ e Magdala oriunda eſt, Magdalenſis.

Μαγδαληνὸς, ὴ, ὸν, Magdala, Magdalenſis. A Μαγδαλά.

Μαγδαλία, ας, vel μαγδαλιὰ, ᾶς, ἡ, pulpa mollior ex pane, ad detergendas manus adhiberi ſolita. A μάσσω.

Μαγεία, ας, ἡ, magia, ars magica, ſcientia magica. A μαγεύω.

Μαγειρεῖον, ου, τὸ, locus, in quo coquinaria exercetur, culina, coquina. A μάγειρος.

Μαγειρεύω, f. εύσω, coquinariam exerceo, ſum coquus; (2) lanio, macto. Ab eod.

Μαγειρικὸς ὴ, ὸν, ad coquum [illegible]rtinens, coquinarius, culinarius. Hinc ἡ μαγειρικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars coquinaria. Ab eod.

Μαγειρίσκος, ου, ὁ καὶ ἡ, coquulus. Dim. ab eod.

Μαγείρισσα, ης, ἡ, coqua. Ab eod.

ΜΑ'ΓΕΙΡΟΣ, ου, ὁ, coquus, qui cibos coquit ſeu parat.

Μάγευμα, ατος, τὸ, machinamentum magicum, artes magicæ. A μαγεύω.

Μαγεὺς, έως, ὁ, pinſor, piſtor; (2) tergens, abſtergens, abſterſor. A μάσσω, *pinſo*, vel *tergeo*.

Μαγευτὴς, οῦ, ὁ, magicus, artis magicæ peritus. A μαγεύω.

Μαγεύω, magus ſum, artes magicas calleo, vel exerceo, magicis artibus utor. Καταγαγεῖν τὸν Δία μαγεύσαντας ἐκείνους, Plut. A μάγος.

Μαγικὸς, ὴ, ὸν, magicus, præſtigiatorius, veneficus. Ab eod.

Μαγὶς, ίδος, ἡ, mactra, vas ſubigendæ farinæ; (2) offa, A μάσσω.

Μάγμα, ατος, τὸ, quidquid ſupereſt craſſum ex aliqua materia expreſſa, recrementum; (2) unguentum, & omne ſpiſſius pauco humore ſubactum. Ab eod.

ΜΑ'ΓΝΗΣ, ητος, ἡ, magnes, lapis ferrum attrahens; (2) qui eſt ex Magneſia.

Μαγνησίη λίθος, Hippocr. magnes.

Μαγνήτης, ου, ὁ, idem, quod Thema μάγνης.

Μαγνῆτις, ιδος, ἡ, ſc. λίθος, magnes.

ΜΑ'ΓΟΣ, ου, ὁ, magus, ſapiens apud Perſas, rerum divinarum naturaliumque peritus; (2) præſtigiator, veneficus, magicæ artis peritus.

Μαγοφονία, ας, ἡ, magorum cædes, eorum, qui poſt Cambyſis mortem regnum invaſerant. Feſtum apud Perſas. Ex μάγος, & φόνος, *cædes*.

ΜΑΓΥ'ΔΑΡΙΣ, εως, ἡ, magudaris, radix laſerpitii.

Μαγὼγ, ὁ, Magog. Nomen Hebr. ἄκλιτον, *Munimentum*.

Μαγῳδὴ, ῆς, ἡ, mollis quædam & effeminata ſaltatio, dicta a Chryſogono quodam mago, Heſ.

Μαγῳδία, ας, ἡ, Magodia, artificium hiſtrionicum, quo magorum decantabantur miracula. A μαγῳδός.

Μαγῳδὸς, οῦ, ὁ, hiſtrio magorum miracula decantans, geſtibuſve exprimens. Ex μάγος, & ᾠδὸς, *cantor*.

Μαδάλλω, glabro, depilo, Heſ. A μαδός.

Μαδαρὸς, ρὰ, ρὸν, depilis, glaber, lævis. Ab eod.

Μαδαρότης, ητος, ἡ, glabrities, lævor, ex defluvio pilorum. A μαδαρός.

Μαδαρόω, ῶ, f. ώσω, glabro, depilo. Ab eod.

Μαδάρωσις, εως, ἡ, depilatio; (2) idem quod μαδαρότης; (3) defluvium palpebrarum. A μαδαρόω.

Μαδάω, ῶ, f. ήσω, lævis & depilis ſum; (2) madeo, madidus ſum; part. μαδῶντες, glabriones, Gl. V. Ariſt. Plut. 266. Ab eod.

Μάδδα, Dorice pro μάζα.

Μαδιὰν, ἡ, Madian. Nomen regionis Hebr. ἄκλιτον. *Judicium*.

Μαδίζω, f. ίσω, glabro, depilo; (2) depilis ſum; μαδισθεὶς, a. 1. paſſ. part. depilatus, Ph. A μαδός.

Μάδισις, εως, ἡ, defluvium pilorum, glabrities. A μαδίζω.

Μαδιστήριον, ου, τὸ, id, quo glabratur, ſeu lævigatur cutis. Gl. V. volſella. Ab eod.

ΜΑΔΟ'Σ, ὴ, ὸν, lævis, glaber, depilis.

Μάδρυα, ων, τὰ, pruna, madrya. A μαλόδρυα.

ΜΑ'ΖΑ, vel μᾶζα, ης, ἡ, maza, offa.

Μαζαγόας, ου, ὁ, ob mazam flens, Heſ. Ex μάζα, & γοάω, *fleo*.

Μαζαγρέτας, Dor. pro μαζαργέτης, ου, ὁ, mazarum ſectator, lurco, helluo. Ex μάζα, & ἀγρέω, *ſector*.

Μαζάω, ῶ, mazas pinſo, ſeu coquo, conficio. A μάζα.

Μάζινος, ίνη, ινον, e maza factus. Ab eod.

Μαζίον, ου, τὸ, mamilla, Gl. V. A μαζός.

Μάζιον, ου, τὸ, mazula, parva maza, offula, Gl. V. Dim. a μάζα.

Μαζίσκη, ης, ἡ, idem & ab eod.

Μαζονόμιον, ſ. μαζονομεῖον, ου, τὸ, lanx, Pollux.

Μαζόνομος, lanx. Gl. V. μαζόνομοι, lances, Gl. V. A μάζα, & νέμω, *tribuo*.

Μαζοπέπτης, ου, ὁ, qui mazas coquit. Ex μάζα, & πέπτω, *coquo*.

Μαζοποιὸς, οῦ, ὁ, offarius, Gl. V. Ex μάζα, & ποιέω, *facio*.

Μαζοποιέω, ῶ, f. ήσω, mazas conficio. Ex μάζα, & ποιέω, *facio*.

ΜΑΖΟ'Σ, οῦ, ὁ, mamma, mamilla. Apud Callimachum & pro nutrice.

Μαζοφορὶς, ίδος, ἡ, ciſtilla ferendis mazis, Heſ. Ex μάζα, & φέρω, *fero*.

ΜΑ'ΖΩΝΕΣ, bacchanale convivium, apud Spartanos.

ΜΑΘΑΛΛΙ'Σ, ίδος, ἡ, genus poculi vel menſuræ.

Μάθημα, ατος, τὸ, diſciplina, ſtudium, documentum; μαθήματα, mathematicorum theoremata. A μανθάνω.

Μαθηματικὴ, ῆς, ἡ, ſc. ἐπιστήμη, matheſis, diſciplinarum mathematicarum complexus & notitia. A μαθηματικός.

Μαθηματικὸς, ὴ, ὸν, ad diſciplinas pertinens, ad diſciplinas aptus; (2) diſcendi cupidus; (3) docilis; (4) ſciens, peritus; (5) ad mathemata pertinens, ad mathematicos pertinens; (6) mathematicus, diſciplinarum mathematicarum peritus. A μάθημα.

Μαθηματικῶς, *Adv.* mathematice, mathematicorum more. A μαθηματικός.

Μάθησις, εως, ἡ, ipſa diſcendi actio, cognitio, perceptio, doctrina, diſciplina. A μανθάνω.

Μαθητεία, ας, ἡ, inſtitutio diſcipuli, doctrina vel diſciplina oralis. A μαθητεύω.

Μαθητέον, diſcendum eſt, diſcere oportet. A μανθάνω.

Μαθητεύω, f. εύσω, diſcipulus ſive audito ſum; (2) doceo, inſtituo; μαθητεύομαι, doceor. Ὃς καὶ αὐτὸς ἐμαθήτευσε τῷ Ἰησοῦ, Matt. 27, 57. Μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, ib. 28, 19. A μαθητής.

Μαθητὴς, οῦ, ὁ, diſcipulus. A μανθάνω.

Μαθητιάω, ῶ, diſcipulus eſſe cupio. Δεῖξον ὡς τάχιστά μοι τὸν Σωκράτη, μαθητι γὰρ, Ariſt. Nub. 183. A μαθητής.

Μαθητὸς, ὴ, ὸν, q.d. diſcibilis, qui diſci poteſt. A μανθάνω.

Μαθήτρια, ας, ἡ, diſcipula. A μαθητής.

Μαθητρὶς, ίδος, ἡ, idem & ab eod.

Μαθουσάλα, ὁ, Mathuſala. Nomen vi Hebr. indeclin. *Mortem pellens*.

ΜΑΙ͂Α, ας, ἡ, obſtetrix; (2) nutrix; (3) avia; (4) appellatio honeſtior matronæ cujuſvis ætate provectioris; (5) gen cancrorum; (6) Maia, filia Atlantis.

Μαιάνδριος, ία, ιον, Mæandrius, a flumin Μαιάνδρου.

ΜΑΙ'ΑΝΔΡΟΣ, ου, ὁ, Mæander, fluvi Aſiæ minoris admodum flexuoſus.

Μαιὰς, άδος, ἡ, nutrix; (2) avia. A μαι

Μαιεία, ας, ἡ, obſtetricis functio. A μαι

Μαίευμα, ατος, τὸ, quod ab obſtetrice e tractum eſt, partus, infans. Ab eod.

Μαίευσις, εως, ἡ, idem quod μαιεία. Ab eo

Μαιευτικὸς, ὴ, ὸν, ad obſtetricem pertinen obſtetricius. Ab eod.

Μαιευτικῶς, *Adv.* obſtetricum more. μαιευτικός.

Μαιευτρ

Μαιεύτρια, ας, ἡ, obſtetrix. A μαιεύω.

Μαιευτρικῶς, *Adv.* obſtetricum ritu. A μαιεύτρια.

Μαιεύω, & μαιεύομαι, obſtetricem ago, ſum obſtetrix; (2) pullos avium nutrio; (3) quæro, inveſtigo, ſcrutor. Αἰετὸν τίκτοντα κάνθαρος σε μαιεύσομαι, Ariſt. Lyſ. 698. A μαῖα.

Μαιμάζειν, palpitare, agitari, ſalire, fluctuari, Suid. A μάω.

Μαιμακτήρια, ων, τὰ, ſacra, quæ apud Athenienſes fiebant Jovi Μαιμάκτῃ.

Μαιμακτηριὼν, ῶνος, ὁ, menſis, a quo hyems incipit, quo Jovi Μαιμάκτῃ ſacrificabant Athenienſes, propter mutationem & turbulentiam aëris. September, Gl. V.

Μαιμάκτης, ȣ, ὁ, furore percitus, furioſus; turbulentus, Jovis epith. A μαιμάσσω.

Μαίμαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, turbulentus, impetuoſus, Heſ. Ab eod.

Μαιμάσσειν, vehementer cupere, palpitare, Heſ. A μάω.

Μαιμάω, ῶ, f. ήσω, vehementer cupio, impetu feror. Μαιμῶν κορέσαι χεῖρα διψῶσαν φόνȣ, Lyc. 1171. Ab eod.

Μαιμώσσω, cupio, impetu feror. A μαιμάσσειν.

Μαιμώω, f. ώσω, idem quod μαιμάω.

Μαινὰς, άδος, ἡ, inſana, furioſa, lymphata. Μαινὰς, Baccha. Μαινάδες, fœminæ Bacchi comites. A μαίνομαι.

Μαίνη, ης, ἡ, mæna, piſcis Hecatæ ſ. Dianæ ſacer.

Μαινίδιον, ȣ, τὸ, mænula. Dim. a μαινίς.

Μαινὶς, ίδος, ἡ, mæna, piſcis. A μαίνη.

Μαινόλης, ȣ, ὁ, furens, lymphatus, Bacchi epith. A μαίνομαι.

Μαινόλιος, ȣ, ὁ, idem, itidem Bacchi epith.

ΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ, f. μανȣ̃μαι, inſanio, furo, deſipio; μαινόμενος, part. furens, inſanus, lymphatus, Ph. μανεὶς, a. 2. in furorem actus, furore percitus. Ὁ δεσπότης μȣ μαίνεται καινὸν τρόπον, Ariſt. Pac. 54.

Μαίνȣργος, ȣ, ὁ, Mænurgus, piſcis.

ΜΑΙ'ΝΩ, in furorem ago, a. 1. ἔμηνα. Φαρμάκοις ἑτέρα (γυνὴ) τὸν ἄνδρ' ἔμηνεν, Ariſt. Θεσμ. 568.

Μαίομαι, cupio, geſtio; (2) quæro. A μάω.

Μαῖρα, canicula, ſidus; æſtus intenſiſſimus; luna, Heſ. A μαίρω, *luceo.*

ΜΑΙ'ΡΩ, luceo.

Μαίωσις, εως, ἡ, obſtetricis opera, functio, officium. A μαῖα.

Μαίωτρον, ȣ, τὸ, præmium ſ. merces, quæ obſtetrici ſolvitur. Ab eod.

ΜΑ'ΚΑΡ, αρος, ὁ, ἡ, τὸ, beatus; μάκαρες dicuntur dii, & homines beati poſt mortem.

Μακαρία, ας, ἡ, locus beatorum poſt mortem apud inferos, locus vitæ beatæ. A μάκαρ.

Μακαρίζω, f. ίσω, beatum prædico; beo. Τὸν δὲ κατ' ἦμαρ, ὅτῳ βίοτος εὐδαίμων, μακαρίζω, Eur. Bac. 910. Ὥς σε μακαρίζομεν, Ariſt. Veſp. 1265. Ab eod.

Μακάριος, ρία, ριον, beatus, felix; (2) defunctus, qui ſepelitur. Ab eod.

Μακαριότης, ητος, ἡ, beatitas, beatitudo. A μακάριος.

Μακαρὶς, ίδος, ἡ, beata, locus beatorum apud inferos. A μάκαρ.

Μακαρισμὸς, ȣ̃, ὁ, beatitatis prædicatio, qua nimirum aliquem beatum prædicamus; (2) μακαρισμοὶ, hymni in commemorationem beatitudinis ſanctorum. A μακαρίζω.

Μακαριστὸς, ἡ, ὸν, qui beatus habetur & prædicatur, quem omnes beatum judicant. Ab eod.

Μακαρίτης, ȣ, ὁ, beatus, defunctus, qui ita dicitur bene ominandi gratia. A μάκαρ.

Μακαρῖτις, ιδος, ἡ, defuncta, ſeu poſt mortem in numerum beatorum recepta. Ab eod.

Μακαρίως, *Adv.* beate, feliciter. A μακάριος.

Μάκαρς, αρος, ὁ ϗ ἡ, beatus. A μακάριος, per Syncopen factum. Euſt.

Μακάρτατος, beatiſſimus. A μάκαρς, vel μάκαρ.

Μακάρτερος, beatior, apud Nonn. Ab eod.

Μακαρτὸς, ἡ, ὸν, beatus & opulentus. Ex Epigr. A μάκαρς.

Μακεδνὸς, ὴ, ὸν, longus, procerus; quaſi a μακεδανὸς, Dor. ut μηκεδανὸς, a μῆκος, *longitudo.*

Μακεδονία, ας, ἡ, Macedonia. A Μακεδών.

Μακεδονίζω, f. ίσω, Macedones ſequor, cum Macedonibus facio. Ab eod.

Μακεδονικὸς, ὴ, ὸν, Macedonicus. Ab eod.

Μακεδονιστὶ, Macedonico more vel ſermone.

Μακεδὼν, όνος, ὁ, Macedo.

Μακέλη, ης, ἡ, ligo. A κέλλω.

Μάκελλα, ης, ἡ, idem & ab eod.

Μάκελλον, ȣ, τὸ, macellum. Vox Latina.

ΜΑ'ΚΕΡ, macer vel macir, cortex quidam, qui ex India advehitur.

Μακεσίκρανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, oblongam galeam habens; upupæ epith. Heſ. Ex μᾶκος, pro μῆκος, & κράνος, *galea.*

Μακεστὴρ, ῆρος, ὁ, longus, prolixus. A μᾶκος, pro μῆκος, *longitudo.*

ΜΑΚΚΟ͂ΑΝ, deſipere, ſtulte & fatue ſe gerere; μεμακκοακότα, perf. part. delirantem. Καὶ τὸ τȣ̃ δήμȣ πρόσωπον μακκοᾷ καθήμενον, Ariſt. Eq. 395.

Μακραίων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, diurnus, longævus, annoſus. Ex μακρὸς, & αἰὼν, *ævum.*

Μακρακόντιον, ȣ, τὸ, ſpiculum longum. Ex μακρὸς, & ἀκόντιον, *ſpiculum.*

Μακρὰν, *Adv.* longe, procul, de loco; (2) longum, de tempore. A μακρός.

Μακραύχην, ενος, ὁ ϗ ἡ, cui collum eſt prælongum. Ex μακρὸς, & αὐχὴν, *cervix, collum.*

Μακρέτειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in longos annos perdurat. Ex μακρὸς, & ἔτος, *annus.*

Μακρηγορέω, ῶ, f. ήσω, longa & prolixa oratione utor, multa verba facio, Eur. Hipp. 708. & Ph. 768. Ex μακρὸς, & ἀγορεύω, *dico, loquor.*

Μακρηγορία, ας, ἡ, ſermo prolixus, oratio longa. Ex iiſd.

Μακροβάμων, ονος, ὁ, qui longis paſſibus incedit. Ex μακρὸς, & βαίνω, *eo.*

Μακρόβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui longam vitam vivit, longævus; vivax. Ex μακρὸς, & βίος, *vita.*

Μακροβιότης, ητος, ἡ, vita longæva, vivacitas. A μακρόβιος,

Μακροβιώτερος, vivacior, Comp. a μακρόβιος.

Μακροβολία, ας, ἡ, in longum jaculatio. A μακροβόλος.

Μακροβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, e longinquo feriens; (2) longius ſ. eminus feriens. Ex μακρὸς, & βάλλω, *jacio.*

Μακρόβωλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui longis eſt glebis. Ex μακρὸς, & βῶλος, *gleba.*

Μακρογένειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui longo eſt mento. Ex μακρὸς, & γένειον, *mentum.*

Μακρόγηρως, ω, ὁ ϗ ἡ, qui longam ſenectutem agit, qui diu in ſenectute vivit. Ex μακρὸς, & γῆρας, *ſenectus.*

Μακρογόγγυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longus & teres. Ex μακρὸς, & γογγύλος, *rotundus.*

Μακροδάκτυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longos habens digitos. Ex μακρὸς, & δάκτυλος, *digitus.*

Μακρόδρομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui longos curſus conficit. Ex μακρὸς, & δρόμος, *curſus.*

Μακροζωΐα, ας, ἡ, longa vita, longævitas. Ex μακρὸς, & ζωὴ, *vita.*

Μακροημέρευσις, εως, ἡ, longitudo dierum, longævitas. A μακροημερεύω.

Μακροημερεύω, f. εύσω, diu vivo. A μακροήμερος.

Μακροήμερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longævus. Ex μακρὸς, & ἡμέρα, *dies.*

Μακρόθεν, *Adv.* procul, longe, eminus. Hinc & ἀπὸ μακρόθεν, e longinquo. A μακρός.

Μακροθυμέω, ῶ, f. ήσω, patienter fero, leni ſum animo, patienter exſpecto, iram differo ſ. cohibeo; duro, Ph. Μακροθυμεῖν ἐπί τινι, Matt. 18, 26. πρός τινα, 1 Theſſ. 5, 14. εἴς τινα, 2 Pet. 3, 9. A μακρόθυμος.

Μακροθυμία, ας, ἡ, tolerantia, lenitas animi, longanimitas. Ab eod.

Μακρόθυμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longaminis, lenis patiens. Ex μακρὸς, & θυμὸς, *animus.*

Μακροθύμως, *Adv.* patienter, longanimiter, æquo animo, iram differendo. A μακρόθυμος.

Μακροκατάληκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in vocalem longam deſinens. Ex μακρὸς, & καταλήγω, *deſino.*

Μακρόκαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, caulem longum habens. Ex μακρὸς, & καυλὸς, *caulis.*

Μακρόκεντρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longum aculeum habens, longo ſpiculo armatus. Ex μακρὸς, & κέντρον, *aculeus.*

Μακρόκερκος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, prælongam caudam habens. Ex μακρὸς, & κέρκος, *cauda.*

Μακροκέφαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longum caput habens; cilo, Gl. V. Ex μακρὸς, & κεφαλὴ, *caput.*

Μακροκομέω, ῶ, longam & prolixam comam alo ſeu habeo. Ex μακρὸς, & κόμη, *coma.*

Μακροκωλία, ας, ἡ, longius membrum; (2) quum periodus longius membrum habet. A μακρόκωλος.

Μακρόκωλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, membra ſeu cola longa habens. Ex μακρὸς, & κῶλον, *membrum, colon.*

Μακρόλοβος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longam habens ſiliquam ſeu folliculum, ſiliqua oblonga incluſus. Ex μακρὸς, & λόβος, *ſiliqua.*

Μακρολογέω, ῶ, f. ήσω, prolixe loquor, longa oratione utor. A μακρολόγος.

Μακρολογία, ας, ἡ, prolixitas ſermonis, ambages. Ab eod.

Μακρολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, prolixus in ſermone. Ex μακρὸς, & λόγος, *ſermo.*

Μακρονοσία, ας, ἡ, morbus longus ſ. diuturnus. Ex μακρὸς, & νόσος, *morbus.*

Μακροπαραληκτεῖν, in penultimam longam deſinere. Ex μακρὸς, & παραλήγω, *deſino.*

Μακροπαροίνιος, longe contumelioſiſſimus, & quidem ex ebrietate. Ex μακρὸς, & παροίνιος, *petulans ex temulentia.*

Μακρόπνοος, *contr.* μακρόπνȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui longos ducit ſpiritus. Ex μακρὸς, & πνοὴ, *ſpiritus.*

Μακροπορέω, ῶ, f. ήσω, procul eo, longum iter facio. Ex μακρὸς, & πορεύομαι, *eo.*

Μακροπορία, ας, ἡ, longum iter. Ex μακρὸς, & πόρος, *iter.*

Μακροπόνηρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longe improbiſſimus, Suid. Ex μακρὸς, & πονηρὸς, *malus.*

Μακρόπȣς, οδος, ὁ ϗ ἡ, longos pedes habens. Ex μακρὸς, & πȣ̃ς, *pes.*

Μακρόπτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longas alas, ſive longas pennas habens. Ex μακρὸς, & πτερὸν, *ala*.

Μακροπτόλεμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, e longinquo pugnans. Ex μακρὸς, & πόλεμος, *bellum*.

Μακρόπυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longas habens portas. Ex μακρὸς, & πύλη, *porta*.

Μακροπώγων, ωνος, ὁ ϗ ἡ, longam barbam habens. Ex μακρὸς, & πάγων, *barba*.

Μακρορριζία, ας, ἡ, longitudo radicum. A μακρόρριζος.

Μακρόρριζος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longas radices habens. Ex μακρὸς, & ῥίζα, *radix*.

Μακρόρυγχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſtrum longum habens. Ex μακρὸς, & ῥύγχος, *roſtrum*.

Μακρὸς, ρὰ, ρὸν, longus, prolixus; (2) longus, diuturnus; (3) magnus, multus; (4) altus, excelſus. A μῆκος.

Μακροσκελὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, longa crura habens. Ex μακρὸς, & σκέλος, *crus*.

Μακροστελέχης, εος, ὁ ϗ ἡ, longum ſeu procerum truncum habens, qui longo eſt caudice. Ex μακρὸς, & στέλεχος, *candex, truncus*.

Μακρότατα, *Adv.* longiſſime. A μακρός.

Μακροτέρω, longius. Ab eod.

Μακροτέρως, *Adv.* diutius, longius. A μακρότερος, quod eſt Comp. a μακρός.

Μακρότης, ητος, ἡ, longitudo, longinquitas; (2) diuturnitas. Ab eod.

Μακροτομέω, ῶ, f. ήσω, ita puto, ut longæ redundent amputatæ partis reliquiæ. A μακρότομος.

Μακρότομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ita putatus, ut amputati longæ reliquiæ ſuperſint. Ex μακρὸς, & τέμνω, *ſeco*.

Μακροτράχηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longum habens collum. Ex μακρὸς, & τράχηλος, *collum*.

Μακροφλυαρίτης, ȣ, ὁ, prolixus nugator. Ex μακρὸς, & φλυαρέω, *nugor*.

Μακροφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, natura longus, longus natus. Ex μακρὸς, & φύω, *naſcor*.

Μακρόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longa habens folia. Ex μακρὸς, & φύλλον, *folium*.

Μακρόχειρ, ρος, ὁ ϗ ἡ, longimanus; (2) cui una manus longior eſt altera. Ex μακρὸς, & χεὶρ, *manus*.

Μακρόχηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ungulas longiores habens. Ex μακρὸς, & χηλὴ, *ungula*.

Μακροχρονίζω, f. ίσω, diuturnus ſ. longævus ſum. A μακροχρόνιος.

Μακροχρόνιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, longævus, diu durans. Ex μακρὸς, & χρόνος, *tempus*.

Μακροχρονιότης, ητος, ἡ, longævitas, Gl. V. A præc.

Μάκρυμμα, ατος, τὸ, id, quod longe removetur, abominatio. A μακρύνω.

Μακρύνω, f. υνῶ, elongo, longe ſeu procul ſemoveo, longinquo. A μακρός.

Μακρῷ, *Dativus adverbiaſcens*, longe, multo. A μακρός.

Μακρῶς, *Adv.* longe, prolixe.

Μάκρασις, εως, ἡ, prolongatio, in longum diductio. Quaſi a μακρόω, quod eſſet *prolongo*.

Μακρώτης, ȣ, ὁ, longas aures habens. Ex μακρὸς, & ȣ̃ς, ὠτὸς, *auris*.

Μάκται, qui mazas pinſunt, Heſychio; at Philoxeno, gulatores. A μάσσω.

Μάκτρα, ας, ἡ, vas, in quo pinſitur, & farina ſubigitur, mactra. Apud Nicandrum pro colo, ſ. mortario. Ab eod.

Μακτρισμὸς, ȣ̃, ὁ, ſaltationis quoddam genus. Quaſi a μακτρίζω.

Μάκτρον, ȣ, τὸ, mappa, Gl. V. A μάσσω, *abſtergo*.

ΜΑ'ΛΑ, *Adv.* valde, multum, admodum, vehementer. Hinc *compar.* μᾶλλον, magis, amplius, potius, & *ſuperlat.* μάλιστα, maxime, potiſſimum, præſertim, jungiturque Nominibus, Verbis, & Adverbiis.

Μαλαβάθρινον, ȣ, τὸ, foliatum, Gl. V. ſubaud. unguentum. Vid. μαλόβαθρον.

Μάλαγμα, ατος, τὸ, malagma, id, quo aliquid mollitur. A μαλάσσω.

Μαλακαυγητὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, pro μαλακαλγητὸς, dolores leniens. Μαλακαυγητὸς ὕπνος, Ariſtot. A μαλάσσω, lenio, & ἄλγος, *dolor*.

Μαλακευνέω, ῶ, molliter decumbo & dormio. Ex μαλακὸς, & εὐνὴ, *cubile, lectus*.

Μαλάκια, ων, τὰ, mollia, piſcium genus. A μαλακός.

Μαλακία, ας, ἡ, mollities, in primis animi, ignava & effeminata; (2) morbus quidam. A μαλακός.

Μαλακίας, ȣ, ὁ, mollis & effeminatus. Ab eod.

'Οπισθοκύφωσις, εως, ἡ, ſpinæ in poſteriorem partem contorſio. Ex ὄπισθεν, & κύφωσις, *contorſio, incurvatio, gibboſitas.*

'Οπισθονόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui retro ambulans paſcitur, qui præpoſtere paſcitur; ut ὀπισθονόμοι βόες. Ex ὄπισθεν, & νέμω, *paſco.*

'Οπισθονυγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, a tergo pungens, Suic. Ex ὄπισθεν, & νύσσω, *pungo*, unde a. 2. ἐνύγην.

'Οπισθοπόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, retrogradus. Ex ὄπισθεν, & πείρω, *tranſeo.*

'Οπισθόπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, pone gradiens, pone ſequens; (2) retrocedens. Ex ὄπισθεν, & πȣ̃ς, *pes.*

'Οπισθορμέω, ῶ, retrocedo, Heſ. ubi ὀπισθορμήσας. Ex ὄπισθεν, & ὁρμάω, *impetu feror.*

'Οπισθόρμητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui retro cedit, retrogradus. Ab ὀπισθορμάω.

'Οπισθοσφενδόνη, ης, ἡ, reticulum, muliebre ornamentum capitis apud Comicos. Ex ὄπισθεν, & σφενδόνη, *ornamentum quoddam muliebre.*

'Οπισθοτίλα, ης, ἡ, ſepia; ita dicitur ab ὄπισθεν τιλᾷν, poſt ſe emittendo atramentum ſuum.

'Οπισθοτονία, ας, ἡ, convulſio partium in poſteriora, partium poſteriorum diſtenſio. Ab ὀπισθότονος.

'Οπισθοτονικὸς, ἡ, ὸν, cui quodam rigore nervorum caput ſcapulis annexum eſt, cui cervix reflexa eſt in poſteriorem partem. Ab eod.

'Οπισθοτονικῶς, *Adv.* more eorum, quibus cervix reflexa eſt in poſteriorem partem. Ab ὀπισθοτονικός.

'Οπισθότονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in averſum tendens aut tentus; retrotorſus, Gl. V. (2) *Subſt.* idem quod ὀπισθοτονία; (3) perſona illo morbo laborans; (4) vinculum, quo alicui manus tergum religantur. Ex ὄπισθεν, & τείνω, *tendo.*

'Οπισθοτονώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, qui in ſcapulas rigeſcit, & poſteriorum partium diſtentione tentatur, Suic. Ab ὀπισθότονος.

'Οπισθουρητικὸς, ἡ, ὸν, qui retrorſum urinam emittit. Ex ὄπισθεν, & οὐρέω, *urino.*

'Οπισθοφάλακρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, a tergo calvus, qui occipite calvus eſt. Ex ὄπισθεν, & φαλακρὸς, *calvus.*

'Οπισθοφανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, retrorſum attendens, ſ. mentem adhibens, Heſ. Ex ὄπισθεν, & φαίνω, *appareo.*

'Οπισθοφανῶς, *Adv.* retrorſum, in averſum. Ab ὀπισθοφανής.

'Οπισθοφυλακέω, ῶ, f. ήσω, a tergo agmen cuſtodio. Ab ὀπισθοφύλαξ.

'Οπισθοφυλακία, ας, ἡ, cuſtodia militum a tergo. Ab eod.

'Οπισθοφύλαξ, ακος, ὁ ϗ ἡ, qui a tergo agmen tutatur. Ex ὄπισθεν, & φύλαξ, *cuſtos.*

'Οπισθοχειμὼν, ῶνος, ὁ, frigus, quod circa extremam hiemen fit, Suic. Ex ὄπισθεν, & χειμὼν, *hiems.*

Ὄπισμα, ατος, τὸ, ſuccus lacteus ex caule vel radice inciſa exceptus; exponitur etiam liquor concretus. Ab ὀπίζω.

'Οπισμὸς, ȣ̃, ὁ, ſucci lactei collectio, qui ex inciſo caule gignitur. Ab eod.

'Οπίσσω, idem quod ὀπίσω.

'Οπίστατος, ȣ, ὁ, poſtremus, ultimus, Hom. Il. ȣ, 342. Ab ὀπίσω.

'Οπίστερος, ȣ, ὁ, poſterior, a tergo ſequens, Nonnus. Ab eod.

'ΟΠΙ'ΣΩ, *Adv.* retrorſum, retro, a tergo, in averſum, pone, poſt, poſtea, in poſterum. Hinc εἰς τὰ ὀπίσω, retrorſum, retro; εἰς τȣ̉πίσω, retrorſum, in averſum.

Ὅπλα, ων, τὰ, arma; (2) armamenta.

'Οπλάρια, ων, τὰ, parva arma; ὁπλάριον, ſcutulum, Gl. V. Dim. ab ὅπλον.

'Οπλέω, armo, inſtruo, Hom. Ἅμαξαν ἐΰτροχον ἡμιονείην Ὅπλεον, Odyſſ. 6, 73. Ab eod.

'Οπλὴ, ῆς, ἡ, ungula, unguis, quadrupedum equi, porci, aſini, bovis, & ſimilium. Ab eod.

'Οπλίζω, f. ίσω, armo, inſtruo armis; (2) inſtruo, paro; ὁπλίζομαι, armor; a. 1. ὁπλισθεὶς, armatus; perf. ὡπλισμένος, idem; ὥπλισθεν apud Hom. pro ὁπλίσθησαν, inſtruebantur, Odyſſ. 23, 143. 'Ραιβῷ χεῖρας ὥπλισε Σκύθη δράκοντ', Lyc. 918. 'Επὶ τὸν ἔσχατον ἀγῶν' ὁπλιζόμεσθα φασγάνῳ χέρας, Eur. Or. 1212. Σὺ δ' ὡς τι δράσων πρὸς τάδ' ὁπλίζῃ χέρα; id. Rheſ. 99. Ab eod.

Ὅπλισις, εως, ἡ, armatura; (2) ipſa arma. Ab ὁπλίζω.

Ὅπλισμα, ατος, τὸ, armatura, qua quis munitur; (2) apparatus bellicus. Ab eod.

'Οπλισμὸς, ȣ̃, ὁ, armatura; (2) ipſa actio armandi. Ab eod.

'Οπλιστὴς, ȣ̃, ὁ, armator, Gl. V. Ab eod.

'Οπλιταγωγὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, milites armatos vehens, ut navis. Ex ὁπλίτης, & ἄγω, *veho.*

'Οπλιτεύω, f. εύσω, ſum miles gravis armaturæ; (2) armatis præſum, rem militarem exerceo, Thuc. Ab ὁπλίτης.

'Οπλίτης, ȣ, ὁ, armatus, qui arma geſtat; (2) miles armaturæ gravis. Ph. ſcutarius; ὁπλῖται, armites, Ph. armati, Gl. V. Ab ὅπλον.

'Οπλιτικὸς, ἡ, ὸν, ad militem gravis armaturæ pertinens; τὸ ὁπλιτικὸν, gravis armaturæ milites. Ab ὁπλίτης.

'Οπλῖτις, ιδος, ἡ, armata; ὁπλίτιδες, ſtatuæ mulierum armatæ. Ab ὁπλίτης.

'Οπλιτοδρομέω, ῶ, f. ήσω, ſtadium armatus decurro, armatus cum aliquo curſu contendo. 'Οπλιτοδρομεῖν ἀσκήσας, Pauſan. Ab ὁπλιτοδρόμος.

'Οπλιτοδρόμος, ȣ, ὁ, qui armatus curſu cum aliquo contendit, qui armatus ſtadium decurrit. Ex ὁπλίτης, & δρόμος, *curſus.*

'Οπλιτοπάλης, ȣ, ὁ, Dor. ὁπλιτοπάλας, qui armatus luctatur. Ex ὁπλίτης, & πάλη, *lucta.*

'Οπλοδιδακτὴς, ȣ̃, ὁ, campidoctor, Ph. Ex ὅπλον, & διδακτὴς, *doctor.*

'Οπλοδιδάσκαλος, ȣ, ὁ, armidoctor, Gl. V. ſed *armiductor* editum. Ex ὅπλον, & διδάσκαλος, *doctor.*

'Οπλοδοτέω, ῶ, f. ήσω, arma do. Ex ὅπλον, & δίδωμι, *do.*

'Οπλοθήκη, ης, ἡ, armamentarium, armorum repoſitorium. Ex ὅπλον, & θήκη, *repoſitorium.*

'Οπλοκαθαρμὸς, ȣ̃, ὁ, armiluſtrium, Ph. Ex ὅπλον, & καθαρμὸς, *luſtratio.*

'Οπλοκαθαρσία, ας, ἡ, armiluſtirum, Gl. V. Ex ὅπλον, & καθαρσία, *luſtratio.*

'Οπλοκαθάρσιον, ȣ, τὸ, armiluſtrium, Ph. Ex ὅπλον, & καθάρσιον, *purgamentum.*

'Οπλολογέω, ῶ, arma colligo, Suic. Ex ὅπλον, & λέγω, *colligo.*

Ὅπλομαι, armor; (2) inſtruor, paror. Δεῖπνον ἀνώχθι ὅπλεσθαι, Il. 19, 172. Ab ὅπλον.

'Οπλομανέω, ῶ, f. ήσω, inſano armorum amore ducor. 'Οπλομανεῖν πέρα τȣ̃ δέον-τος, Syneſ. Ex ὅπλον, & μαίνομαι, *inſanio.*

'Οπλομαχέω, ῶ, f. ήσω, armis pugno, ve certo, Plut. Ab ὁπλομάχος.

'Οπλομαχία, ας, ἡ, pugna, qua armis pugnatur. Ab eod.

'Οπλομαχικὸς, ἡ, ὸν, ad eos pertinens, qui armis decertant. Ab eod.

'Οπλομάχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui armis decertat, bellator armatus; (2) qui armis pugnare ſub magiſtro diſcit. Ex ὅπλον, & μάχομαι, *pugno.*

ὍΠΛΟΝ, ȣ, τὸ, telum, ſcutum, Ph. inſtrumentum; ὅπλα, arma.

'Οπλοπάροχος, ȣ, ὁ, inſignarius, armiger, Gl. V. Ex ὅπλον, & πάροχος, *præbitor.*

'Οπλοπετὴς, ȣ̃, ὁ, ventilator, Ph. Ab ὅπλο & πέταμαι, *volo.*

'Οπλοποιέω, ῶ, arma fabricor; (2) armo. Ab ὁπλοποιός.

'Οπλοποιΐα, ας, ἡ, armorum fabricatio. A eod.

'Οπλοποιὸ

Ὁπλοποιὸς, οῦ, ὁ καὶ ἡ, armorum faber, qui arma conficit. Ex ὅπλον, & ποιέω, *facio.*

Ὁπλοσκοπία, ας, ἡ, armorum inſpectio. Ex ὅπλον, & σκοπὸς, *ſpeculator.*

Ὁπλότερος, έρα, ερον, junior, natu minor; (2) unus e poſteris; ὁπλότατος, natu minimus. Ab ὅπλον.

Ὁπλοφορέω, ῶ, f. ήσω, arma fero, arma geſto; (2) armatus ſtipo alicujus latus; ὁπλοφορεῖσθαι, ab armatis ſtipari. Οὔτε ὁπλοφοροῦντος, οὔτε σίδηρον, οὔτε τι τῶν ἀμυντηρίων ἐπιφερομένου, Philo. Ab ὁπλοφόρος.

Ὁπλοφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui arma geſtat; armiger, Ph. (2) ſatelles, ſtipator; ſcutigerulus, Gl. V. Ex ὅπλον, & φέρω, *fero, geſto.*

Ὁπλοφυλάκιον, ου, τὸ, armamentarium, Suic. Ab ὁπλοφύλαξ.

Ὁπλοφύλαξ, ακος, ὁ, armorum cuſtos. Gl. V. armicuſtos. Ex ὅπλον, & φύλαξ, *cuſtos.*

Ὀποβάλσαμον, ου, τὸ, opobalſamum, ſuccus ſeu liquor, qui ex balſamo manat. Ex ὀπὸς, & βάλσαμον, *balſamum.*

Ὀποδαπὸς, οῦ, ὁ, cujas, ex qua regione. Ex ὅπου, & δάπεδον, *ſolum.*

Ὀποειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, ſuccum referens; (2) ſuccoſus, ſeroſus, Suic. Ex ὀπὸς, & εἶδος, *ſpecies.*

Ὁπόθεν, *Adv.* unde. Hinc ὁπόθεν δήποτε, undecumque, undelibet. A πόθεν, *unde.*

Ὁποθενοῦν, undeunde, Gl. V. A præc.

Ὅποι, *Adv.* ubi. Hinc ὅποι ἂν, ubi, ubicumque, quo, quocumque, ὅποι προσωτάτω, quam longiſſime. A ποῖ.

Ὁποῖος, οία, οῖον, qualis, *in interrogatione & citra interrogationem.* Hinc ὁποιός τις, vel ὁποιοστισοῦν, ὁποιοσδὴ, ὁποιοσδήποτε, ὁποιοσδηποτοῦν, ὁποῖος οὖν, ὁποῖος οὖν δὴ, ὁποῖός περ, qualiſcumque, quicumque; ὁποῖος ἂν, qualiſqualis. Gl. V. A ποῖος, *qualis.*

Ὁποιότης, ητος, ἡ, ſimilitudo, Suic. Ab ὁποῖος.

Ὁποίως, *Adv.* qualiter, quocumque modo, qualitercumque. Ab eod.

Ὀποκάρπασον, ου, τὸ, opocarpaſon, ſuccus carpaſi, qui inter venena cenſetur. Ex ὀπὸς, & κάρπασος, *carpaſus.*

Ὀποκιννάμωμον, ου, τὸ, ſuccus cinnamomi, qui effluit, cinnamomo arbore inciſa. Ex ὀπὸς, & κιννάμωμον, *cinnamomum.*

Ὀποπάναξ, ακος, ὁ, ſuccus panacis. Ex ὀπὸς, & πάναξ, *panax, herba omnia ſanans.*

ὈΠΟ´Σ, οῦ, ὁ, ſuccus, humor vel liquor alicunde manans, lachrima arboris ſcarificatione ſive inciſione vel terebratione elicita; (2) ſuccus laſerpitii, laſerpitium ipſum. Gl. V. laſer, laſerpitium; (3) ſuccus lacteus caprifici, quo coaguli loco utebantur veteres ad lac ſpiſſandum.

Ὁποσάκις, *Adv.* quoties. Hinc ὁποσακισοῦν, quotieſcumque, quoties libeat. Ab ὁπόσος.

Ὁποσαπλάσιος, ία, ιον, quotupelx, quam multiplex, *citra interrogationem.* Ab eod.

Ὁποσαπλασιοσοῦν, quantumvis multiplex. Ex ὁποσοπλάσιος, & οὖν.

Ὁποσαπλασίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, idem quod ὁποσοπλάσιος.

Ὁποσάπους, οδος, ὁ καὶ ἡ, quot pedum. Ex ὁπόσος, & ποῦς, *pes.*

Ὁποσαχῆ, *Adv.* quot in locis; (2) quot modis. Ab ὁποσάκις.

Ὁποσοῦν, quantumvis, quantumcumque. Ex ὁπόσος, & οὖν.

Ὁπόσος, όση, όσον, quantus; (2) quantuſcumque; (3) qui. Ab ὅσος.

Ὁποσοσδήποτε, ὁποσηδήποτε, ὁποσονδήποτε, quantuſcumque, quantumvis, quantuſlibet. Ex ὁπόσος, & δήποτε.

Ὁποσονοῦν, *Adv.* quantumcumque. Ex ὁπόσος, & οὖν.

Ὁποσοστισοῦν, idem quod ὁποσοσδήποτε. Ex ὁπόσος, τὶς, & οὖν.

Ὁπόστος, quotus. Ab ὁπόσος.

Ὁποστοσοῦν, quotuſlibet, quotuſcumque. Ex ὁπόστος, & οὖν.

Ὁπόταν, *Adv.* quando, quum; (2) ubi; (3) *Conjunct.* quandoquidem, quoniam. Ex ὁπότε, & ἂν.

Ὁπότε, *Adv.* idem; (2) aliquando, olim; (3) donec. A ποτέ.

Ὁποτεοῦν, *Adv.* quandocumque. Ex ὁπότε, & οὖν.

Ὁπότερα, vel ὁπότερον, *Adv.* utrum, an, utro modo. Ab ὁπότερος.

Ὁπότερος, έρα, ερον, uter, utervis; (2) alteruter. A πότερος.

Ὁποτεροσοῦν, uterlibet, utervis, alteruter. Ex ὁπότερος, & οὖν.

Ὁποτέρωθεν, *Adv.* utra ex parte, utralibet ex parte, unde. Ab ὁπότερος.

Ὁποτέρωθι, uterubi, Gl. V. Ab eod.

Ὁποτέρως, *Adv.* utro modo; (2) utrolibet modo, utrocumque modo; (3) alterutro modo. Ab eod.

Ὁποτέρωσε, *Adv.* utram in partem, utro. Ab ὁποτέρως.

Ὅπου, *Adv.* ubi, *citra interrogationem*; (2) quandoquidem; (3) quo; (4) quouſque, eo uſque dum. Hinc ὅπου ἂν, ubicumque, quocumque in loco; quemcumque in locum; ὁπουδὴ, ὁπουδήποτε, ὅπουπερ ἂν, ὅπου οὖν, ubicumque, ubilibet, ubivis; ὅπου μὲν, ὅπου δὲ, alicubi, alibi, interdum, quandoque; ἔσθ' ὅπου, alicubi.

Ὅππη, idem quod ὅπη.

Ὁππήμος, *Adv.* quum, quando. Ex ὅππη, & ἦμος, quod idem ſignificat.

Ὁππόθι, *Adv.* ubi, *indefinite.* A πόθι.

Ὁπποῖος, qualis; ὁπποῖα, qualiter; pro ὁποῖος, poët.

Ὁππότε, quando; poët. pro ὁπότε.

Ὁππότερος, uter; poët. pro ὁπότερος.

Ὅππως, ut, quomodo; poët. pro ὅπως.

Ὀπτάζομαι, videor. Ab ὄπτομαι.

Ὀπταλέος, έα, έον, aſſus, toſtus. Ab ὀπτάω.

Ὀπτανεῖον, & ὀπτάνιον, ου, τὸ, locus, in quo aſſatur, culina. Ab eod.

Ὀπτανεὺς, έως, ὁ, aſſator, Ph. Ab ὀπτανός.

Ὀπτανὸς, ὴ, ὸν, aſſus, toſtus. Ab eod.

Ὀπτάνω, video, cerno; ὀπτάνομαι, appareo, videor. Δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα ὀπτανόμενος αὐτοῖς, Act. 1, 3. Ab ὄπτομαι.

Ὀπτασία, ας, ἡ, viſio; (2) viſio in ſomnis; (3) viſio ſpectri. Ab ὀπτάζομαι.

ὈΠΤΑ´Ω, ῶ, f. ήσω, aſſo, torreo; ὄπτησον, aſſa; ὀπτᾶσθαι, torreri, aſſari; ὀπτηθὲν, a. 1. part. aſſatum, Ph. Ὤπτων γαστέρα τοῖς συγγενέσιν, Ariſt. Nub. 408.

Ὀπτηκὸς, vel potius ὀπτητικὸς, ὴ, ὸν, vim habens urendi ſeu torrendi. Ab ὀπτάω.

Ὀπτὴρ, ῆρος, ὁ, qui videt, ſpeculator, explorator. Ab ὄπτομαι.

Ὀπτήρια, ων, τὰ, dona, quæ ſponſus ſponſæ dabat, quum eam primum videret; (2) quæ dantur ob rem aliquam ſpectatam. Ab ὀπτήρ.

Ὀπτήσιμος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui aſſari poteſt. Ab ὀπτάω.

Ὄπτησις, εως, ἡ, ipſa actio torrendi vel aſſandi. Ab eod.

Ὀπτητέον, torrendum. Ab ὀπτάω.

Ὀπτικὸς, ὴ, ὸν, viſorius, cujus vi cernimus. Hinc ἡ ὀπτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, optica, diſciplina mathematica, quæ circa viſum verſatur. Ab ὄπτομαι.

Ὀπτιλέτις Ἀθηνᾶ, Minerva, cui Lycurgus in memoriam excuſſi ſibi oculi poſuit. A ſeq.

Ὀπτίλος, ου, ὁ, oculus, *apud Dores.* Ab eod.

ὌΠΤΟΜΑΙ, f. ὄψομαι, video. p. ὦμμαι, 3. ὦπται, viſus eſt. part. ὠμμένος, viſus. a. 1. ὤφθην, apparui; ὀφθεὶς, viſus. p. med. ὄπωπα, vidi. part. ὀπωπότες, qui viderunt. Ὡς γέλωτι φαιδρῷ τοὐμὸν ὄψεται κάρα, Soph. El 1323. Τάδε μὲν θεὸς ὄψεται, curabit, id. Phil. 836. Ὄψεται γὰρ πᾶν μέλαθρον ἄρδην ἐκ βάθρων ἀνάστατον, Lyc. 770.

Ὀπτὸς, ὴ, ὸν, aſſus, aſſatus, toſtus; (2) qui videtur, qui in conſpectu eſt. Ab ὀπτάω pro ὀπτητός; vel ab ὄπτομαι.

ὈΠΥΙ´Ω, coëo, ineo; (2) uxorem habeo. Ἐγὼ δέ κέ τοι Χαρίτων μίαν ὁπλοτεράων Δώσω ὀπυιέμεναι, Il. 14, 268.

Ὀπώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, multo ſucco abundans, ſucculentus. Ab ὀπός.

Ὀπωπὴ, ῆς, ἡ, conſpectus, viſus, oculus. Ab ὄπωπα, p. m. ab ὄπτομαι.

Ὀπωπητὴρ, ῆρος, ὁ, ſpeculator, qui videt, Rob. Ab eod.

ὈΠΩ´ΡΑ, ας, ἡ, Ion. ὀπώρη, ης, ἡ, auctumnus, pars anni, qua fructus arborum matureſcunt; (2) fructus arborei, poma; (3) maturior ætas adoleſcentum.

Ὀπωρίζω, fructus auctumnales decerpo & colligo; (2) pomis veſcor. f. ὀπωρίσω, Att. ὀπωριῶ; ὀπωριεῖ, fructus colliget; ὀπωριεῦντες, fructus collecturi ſ. decerpturi, nom. pl. f. 1. part. Ion. pro ὀπωριοῦντες, pro ὀπωρίσοντες. Ὀπωρίζεσθαι, itidem fructus colligere, ſibi ſumere. Ab ὀπώρα.

Ὀπωρικὸς, ὴ, ὸν, ex fructibus auctumnalibus ſ. pomis confectus; ut ὀπωρικὴ, compoſitio quædam medica ex pomis. Ab eod.

Ὀπώριμος, ου, ὁ καὶ ἡ, pomifer, fructibus auctumnalibus ferendis aptus. Ab eod.

Ὀπωρινὸς, ὴ, ὸν, auctumnalis. Ab eod.

Ὀπωρισμὸς, οῦ, ὁ, fructuum auctumnalium collectio. Ab ὀπωρίζω.

Ὀπωρίων, ωνος, ὁ, Heſ. ὀπωρίωνας τοὺς εἰς πρᾶσιν ὠνουμένους, eos, qui vendendi cauſa emunt. Ab ὀπώρα.

Ὀπωροθήκη, ης, ἡ, locus, ubi fructus auctumnales reponuntur. Ex ὀπώρα, & θήκη, *repoſitorium.*

Ὀπωρολόγος, ου, ὁ καὶ ἡ, fructus auctumnales colligens, vel ſimpliciter fructus colligens, Suic. Ex ὀπώρα, & λέγω, *lego*, i. e. colligo.

Ὀπωροπώλης, ου, ὁ, pomarius, Gl. V. qui poma vendit. Ex ὀπώρα, & πωλέω, *vendo.*

Ὀπωροφορέω, ῶ, poma fero. Ab ὀπωροφόρος.

Ὀπωροφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, pomifer, Gl. V. Ex ὀπώρα, & φέρω, *fero.*

Ὀπωροφυλάκιον, ου, τὸ, locus, ubi fructus auctumnales adſervantur: (2) gurguſtium, in quo latet fructuum auctumnalium cuſtos. Ab ὀπωροφύλαξ.

Ὀπωροφύλαξ, ακος, ὁ καὶ ἡ, pomorum cuſtos, Gl. V. Ex ὀπώρα, & φύλαξ, *cuſtos.*

Ὀπωρώνης, ου, ὁ, qui poma emit & vendit. Ex ὀπώρα, & ὠνέομαι, *emo.*

Ὅπως, quomodo, qualiter, quatenus, quam, uti, ut, Ph. Hinc ὅπωσδὴ, ὁπωσδήποτε, ὁπωσδηποτοῦν, ὁπωσοῦν, quomodocumque quocumque modo, utcumque; οὐχ ὅπως, ſequente ἀλλὰ, non ſolum non; tantum abeſt, nedum. A πῶς

Ὅραμα, ατος, τὸ, viſus, viſio, viſum, Ph. Ab ὁράω.

Ὄραμνος, ου, ὁ, frons, ramulus.

Ὅρασις, εως, ἡ, viſus, lumina, Gl. V. Ab ὁράω.

Ὁρατὴς, οῦ, ὁ, ſpectator, inſpector. Ab eod.

Ὁρατικὸς, ἡ, ὸν, videndi facultate præditus, perſpicax, viſorius; τὸ ὁρατικὸν, ȣ, pupillæ locus, ſedes viſus. Ph. ὁρατικὰ, lumina. Ab eod.

Ὁρατὸς, ἡ, ὸν, viſibilis, ſpectabilis, Gl. V. Ab eod.

ὉΡΑ'Ω, ῶ, video, cerno; (2) animadverto, intelligo; ὁρᾷς, vides; poët. ὁράας, Dor ὁρῇς; imperf. ἑώρων, videbam. p. ἑώρακα, vidi. inf. ἑωρακέναι, vidiſſe. paſſ. ὁρῶμαι, videor. p. part. ἑωραμένος, viſus; ἑωρᾶτο, cernebatur, imperf. ὁρῶμαι etiam active video apud Hom. imperf. ὁρᾶτο, videbat, ſine augm. Ὁρῶ σε ἥδεσθαι, Dem. Ὁρῶ εἰς γῆν, Xen. πρὸς ἀλλȣς, id.

Ὀργάζω, f. άσω, inſtigo, incito, accendo, promptum reddo; (2) mollio, ſubigo, permiſceo, contempero. Ὀργάζει πρὸς τὴν διάκρισιν, Ariſtot. *de ſudatoriis*. Πηλὸν, ἀποδὺς, ὄργασον, Ariſt. Av. 846. Ab ὀργάω.

Ὀργαίνω, irrito, ira accendo; ὀργάνειας, a. 1. opt. 2. ſ. incites. Ἀλλ' ȣ γὰρ ὀργαίνειν καλὸν γυναῖκα νȣν ἔχȣσαν, prudentem, Soph. Trach. 561. Χρὴ, σȣ γε μὴ μέλλοντος ὀργαίνειν ἐμοὶ, Eur. Alc. 1094. Ab ὀργή.

Ὀργανικὸς, ἡ, ὸν, inſtrumentalis, organicus. Ab ὄργανον.

Ὀργανικῶς, *Adv.* organice, organorum ſeu inſtrumentorum more. Ab ὀργανικός.

ὌΡΓΑΝΟΝ, ȣ, τὸ, inſtrumentum. Ph. ὄργανα, inſtrumenta. Gl. V. ὄργανον, fiſtula, organum. Alicubi etiam pro ipſo opere.

Ὀργανοποιητικὴ, ſcil. τέχνη, inſtrumentorum effectrix. Ab ὀργανοποιέω.

Ὀργανοποιΐα, ας, ἡ, inſtrumentorum fabricatio; (2) machinatio per inſtrumenta. Ab ὀργανοποιός.

Ὀργανοποιὸς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, organorum faber, qui organa conficit. Ex ὄργανον, & ποιέω, *facio*.

Ὀργανόω, ῶ, f. ώσω, inſtrumenta fabricor; (2) ſtruo, fabricor, Suic. Ab ὄργανον.

ὈΡΓΑ'Σ, άδος, ἡ, terra deo ſacra, quam colere nefas, ut luci & ſaltus. Gl. V. ὀργὰς, ſaltus.

Ὀργασμὸς, ȣ, ὁ, præparatio, emollitio, ſubactio; (2) irritatio, concitatio, irruendi impetus, Suic. Ab ὀργάω, vel ὀργάζω.

ὈΡΓΑ'Ω, ῶ, appeto impotenter; turgeo; prurio; vigeo. Gl. V. ſubo. Ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα, Thuc.

Ὀργεῶνες, οἱ, qui orgia celebrant, ſacerdotes, ſacrifici, iiſdem ſacris initiati. Apud Athenienſes, qui tributim certis diebus ſacrificia quædam offerebant. Ab ὄργια.

Ὀργεωνικὸς, ut ὀργεωνικὰ δεῖπνα, apud Athenæum, cœnæ orgia celebrantium.

ὈΡΓΗ', ῆς, ἡ, ira, iracundia; (2) ingenium, quo quis præditus, mores, ſtudium.

ὌΡΓΙΑ, ων, τὰ, orgia, proprie ſacra Bacchi; (2) ſacra aliorum Deorum; (3) myſteria, ſacra arcaniora.

Ὀργιάζω, f. άσω, ſacra perago, orgia celebro; (2) ſacris initio; ὀργιάζεσθαι dicuntur etiam ipſa ſacra, cum peraguntur. Ἐκεῖ δὲ βάκχαισι θέμις ὀργιάζειν, Eur. Bac. 416. Ab ὄργια.

Ὀργιασμὸς, ȣ, ὁ, orgiorum peractio; orgia. Ab ὀργιάζω.

Ὀργιαϛὴς, ȣ, ὁ, qui orgia celebrat; (2) antiſtes. Ab eod.

Ὀργιαϛικὸς, ἡ, ὸν, eos decens, qui orgia peragunt. Ab ὀργιαϛής.

Ὀργίζομαι, iraſcor, infeſtus ſum, ſuccenſeo, ringor. f. ὀργισθήσομαι, ſuccenſebo. a. 1. ὀργισθεὶς, iratus; ὀργισθεῖσα, irata; μὴ ὀργισθῇς, ne iraſcaris. Ὀργίζεσθαι τοῖς κολακεύȣσι· ὑπὲρ τῶν γεγενημένων, Iſocr.

Ὀργίζω, f. ίσω, irrito, iram concito. Τὸ γένος, ἤντις ὀργίσῃ, τὸ τῶν γερόντων ἐσθ' ὅμοιον σφηκιᾷ, Ariſt. Veſp. 223. Ab ὀργή.

Ὀργίλος, ίλη, ίλον, iracundus, infeſtus, ſtomachoſus, Gl. V. Ab eod.

Ὀργιλότης, ητος, ἡ, iracundia. Ab ὀργίλος.

Ὀργίλως, *Adv.* iracunde. Ab eod.

Ὀργιϛέον, iraſcendum. Ab ὀργίζομαι.

Ὀργιϛικὸς, ἡ, ὸν, irritabilis, proclivis ad iram. Ab eod.

Ὀργίονες, vel ὀργιόνες, ſacerdotes ſacrifici, Hom. Hym. Apol. 389. Ab ὄργια.

ὈΡΓΥΙΑ', ᾶς, ἡ, menſura ſex pedum, ſive inter ambas manus expanſas contenta; (2) ulna, Gl. V. (3) paſſus; (4) tres paſſus.

Ὀργυιαῖος, αία, αῖον, ulnam unam ſeu tres cubitos longus. Ab ὀργυιά.

Ὀργυιόω, ῶ, ulnas extendo. Hinc ὀργυιȣσθαι, p. part. ὠργυιωμένοις, extenſis, Suid. Ab eod.

Ὄρδιλον, herba quædam ex olerum genere, Schol. Nic.

ὈΡΕΑ'ΝΗΣ, ȣ, ὁ, vir, teſte Plut. Suic.

Ὀρεγδὴν, *Adv.* porrectis membris. Ab ὀρέγω.

Ὄρεγμα, ατος, τὸ, quod porrigitur ſeu extenditur, porrectura; (2) paſſus, interſtitium pedum inter gradiendum. Ab eod.

Ὀρέγνυμι, porrigo, extendo, tendo; ὀρεγνὺς, part. extendens. Χεῖρας ὀρεγνὺς, Il. 1, 351.

Ὀρέγομαι, f. ξομαι, adfecto, adpeto, Ph. cupio; ὀρεγόμενοι, adfectantes, adpetentes, Ph. Ab ὀρέγω.

ὈΡΕ'ΓΩ, f. έξω, porrigo, extendo; (2) porrigo, præbeo, tenſa manu præbeo; ὀρέγομαι, porrigor, extendor; porrectis manibus capto; ὀρέξατο, a. 1. med. ὀρεχθεὶς, a. 1. paſſ. Φίλην ὀρέξετ' ὠλένην, Eur. Med. 902. Καί μοι χέρ', ὦ 'ναξ, δεξιὰν ὄρεξον, ὡς ψαύσω φιλήσω τ', Soph. Oed. Col. 1230. Φόνιον αἰώρημα διὰ δέρης ὀρέξομαι, Eur. Hel. 359.

Ὀρειάς, άδος, ἡ, montana, montoſa. Ab ὄρος.

Ὀρείαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus ſtabulans, monticola; (2) in monte tibia canens, Suid. Ex ὄρος, & αὐλὴ, *ſtabulum*, vel αὐλὸς, *tibia*.

Ὀρειβασία, ας, ἡ, montana vagatio, Suic. Ex ὄρος, & βαίνω, *eo, ſcando*.

Ὀρειβάσια, ων, τὰ, feſtivitas quædam, qua montes conſcendebantur, Suic. Ex iiſd.

Ὀρειβατέω, ῶ, montes ſcando. Ex iiſd.

Ὀρειβάτης, ȣ, ὁ, montivagus, montes ſcandens, ſeu pererrans. Ex iiſd.

Ὀρειβατικὸς, ἡ, ὸν, unde ὀρειβατικαὶ τραχύτητες, montanæ aſperitates, Suic. A præc.

Ὀρειβρεμέτης, ȣ, ὁ, e monte tonans, Suid. Ex ὄρος, & βρέμω, *tremo*.

Ὀρείγανον, ȣ, τὸ, & ὀρείγανος, ȣ, ὁ, origanum, *herba*.

Ὀρειγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, montigena. Ex ὄρος, & γείνομαι, *naſcor*.

Ὀρειγύναιξ, αικος, ὁ ϗ ἡ, in montibus cum mulieribus verſans. Ex ὄρος, & γυνὴ, *mulier*.

Ὀρειδρόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui montes percurrit, montivagus. Ex ὄρος, & τρέχω, *curro*.

Ὀρεικὸς, ἡ, ὸν, mularis. Ab ὀρεὺς, *mulus*.

Ὀρείκτιτος, pro ὀρείκτιϛος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in monte conſtructus. Ex ὄρος, & κτίζω, *condo*.

Ὀρειμαλίδες, ων, αἱ, poma montana, poma agreſtia, quæ in montibus creſcunt. Ex ὄρος, & μῆλον, *malum*.

Ὀρείμαργος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui inſano montium amore tenetur, R. Ex ὄρος, & μάργος, *inſanus*.

Ὀρεινομέω, ῶ, in montibus paſcor ſeu dego. Ab ὀρείνομος.

Ὀρείνομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in montibus paſcitur. Ex ὄρος, & νέμω, *paſco*.

Ὀρεινὸς, ἡ, ὸν, montanus, montoſus; (2) in montibus creſcens, agreſtis; (3) *Subſt.* avis quædam monticola. Ab ὄρος.

Ὀρείοικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus habitans, monticola. Ex ὄρος, & οἰκέω, *habito*.

Ὀρειόνομος, idem quod ὀρείνομος.

Ὄρειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, vel ὄρειος, εία, ειον, montanus, montoſus; (2) qui in montibus creſcit; (3) qui in montibus degit. Ab ὄρος.

Ὀρειοχαρὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, montanis locis ſeu montibus gaudens. Ex ὄρος, & χαίρω, *gaudeo*.

Ὀρειπελαργὸς, ȣ, ὁ, ciconia montana, genus aquilæ. Ex ὄρειος, & πελαργὸς, *ciconia*.

Ὀρειπλανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in montibus errans, montivagus, Suic. Ex ὄρος, & πλανάω, *erro*.

Ὀρειπολέω, ῶ, in montibus verſor. Ex ὄρος, & πολέω, *verſor*.

Ὀρειπτελέα, ας, ἡ, ulmus montana. Ex ὄρος, & πτελεὰ, *ulmus*.

Ὀρείτης, ȣ, ὁ, monticola, V. Lex. Ab ὄρειος.

Ὀρειτρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui in monte alitur, Suic. Ex ὄρος, & τρέφω, *alo*.

Ὀρειτυπίη, ης, ἡ, labor montanus, labor, qui in montibus exantlatur. Ab ὀρειτύπος.

Ὀρειτύπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ligna in montibus cædit, & in urbes convehit, lignator. Ex ὄρος, & τύπτω, *ferio, pulſo*.

Ὀρείτωρ, ορος, ὁ, monticola. Heſ. ὀρείτορες, οἱ ἄγριοι, feri. Ab ὄρειος.

Ὀρειφοίτης, ȣ, ὁ, qui montes pererrat. Ex ὄρος, & φοιτάω, *eo, venio*.

Ὀρείφοιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. Suic.

Ὀρείχαλκος, ȣ, ὁ, æs montanum, orichalcum; (2) *Adject.* ὁ ϗ ἡ, confectus ex orichalco. Ex ὄρειος, & χαλκὸς, *æs*.

Ὀρεκτικὸς, ἡ, ὸν, cui vis & facultas ineſt appetendi; (2) appetens; (3) appetentiam faciens. Ab ὀρέγω.

Ὀρεκτὸς, ἡ, ὸν, porrectus, qui in longum porrigitur; (2) qui appetitur ſeu appeti ſolet. Ab eod.

Ὄρεξις, εως, ἡ, appetentia, appetitus, deſiderium, appetentia cibi. Ab eod.

Ὀρεοκόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui curat & adornat mulas. Ex ὀρεὺς, & κομέω, *curo*.

Ὀρέομαι, concitor; ut hinc ſit imperf. ὀρέοντο, properabant, Il. 2, 398. Ab ὄρω.

Ὀρεοπολέω, ῶ, f. ήσω, in montibus verſor, in montibus erro, Luc. Ex ὄρος, & πολέω, *verſor*.

Ὀρεοπόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, montivagus, Gl. V. Ex iiſd.

Ὀρεοτύπος, ȣ, ὁ, ruſticus montanus, qui materiam in montibus cædit. Ex ὄρος, & τύπτω, *cædo*.

Ὀρεοφύλαξ, ακος, ὁ, ſaltarius, Ph. qui ſaltus cuſtodit. Ex ὄρος, & φύλαξ, *cuſtos*.

Ὀρεοσέλινον, ȣ, τὸ, apium montanum. Ex ὄρος, & σέλινον, *apium*.

Ὀρέσβιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in montibus degit. Ex ὄρος, & βίος, *vita*.

Ὀρεσιγενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, montigena, Gl. V. Ex ὄρος, & γείνομαι, *naſcor*.

Ὀρεσίκοιτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in montibus cubile habet. Ex ὄρος, & κοίτη, *cubile*.

Ὀρεσίοικος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus habitans. Ex ὄρος, & οἶκος, *domus*.

Ὀρεσίτροφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus nutritus. Ex ὄρος, & τρέφω, *nutrio*.

Ὀρεσκεύω, in montibus dego. Ex ὄρος, & κείω, *cubare cupio*.

Ὀρέσκιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, umbris montium gaudens. Ex ὄρος, & σκιὰ, *umbra*.

Ὀρεσκῷος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus degens. Ex ὄρος, & κείω, *jacere cupio*.

Ὀρέσαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus ſtabulans, monticola. Ex ορος, & αὐλὴ, *ſtabulum*.

Ὀρεσιβάτης, ȣ, ὁ, per montes incedens. Ex ὄρος, & βαίνω, *eo*.

Ὀρεσίβοτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in montibus paſtus. Ex ὄρος, & βόσκω, *paſco*.

Ὀρεσίνομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui in montibus paſcitur. Ex ὄρος, & νέμω, *paſco*.

Ὀρέϛερος, έρα, ερον, monticola, agreſtis. Ab ὄρος.

Ὀρέϛης, ȣ, ὁ, qui in montibus verſatur, monticola, Suic. Ab eod.

Ὀρεϛιὰς, άδος, ἡ, montana, monticola. Ab eod.

Ὀρέϛιον, ȣ, τὸ, herba quædam, quæ & nectarion dicitur. Ab eod.

Ὀρεὺς, έως, ὁ, mulus, Gl. V. Ab ὄρος, quoniam mulorum opera in primis in montibus adhibetur.

Ὀρεχθέω, ῶ, f. ήσω, cupio, deſidero; commoveor, extendor; dicitur etiam de ſonitu fluctuum ad litus alliſorum. Κἀνταῦθα πῶς οἴεσθέ μȣ τὴν καρδίαν ὀρεχθεῖν; Ariſt. Nub. 1371. Πολλοὶ μὲν βόες ἀργοὶ ὀρέχθεον ἀμφὶ σιδήρῳ, Il. 23, 30. ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν, Theoc. 11, 43. Ab ὀρέγομαι, *appeto*.

Ὀρέω, Ion. pro ὁρῶ, video.

Ὀρέω, ut hinc ſit ὀρέοντο, imperf. concitabantur, feſtinabant. Il. 2, 398. Ab ὄρω.

Ὀρεωκόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, mulos curans, mulio. Ex ὀρεὺς, & κομέω, *curo*.

Ὀρεωπολέω, ῶ, circa mulos verſor, mulos curo, Suid. Ex ὀρεὺς, & πολέω, *verſor*.

Ὀρεωπώλης, ȣ, ὁ, mulorum venditor, Suid. Ex ὄρος, & πωλέω, *vendo*.

Ὀρημαι, video, Heſ. Ab ὁρῶ.

Ὀρθάνης, vel ὀρθάννης, ȣ, ὁ, dæmon priapeus, & ipſe arrectum penem habens. Ab ὀρθός.

Ὀρθεύω, erigo, ſublevo. Παρῆν τις ἄλλος, ὃς σὸν ὤρθευε δέμας; Eur. Or. 389. Ab eod.

Ὀρθία, ας, ἡ, Dianæ cognomen.

Ὄρθια, *Adv.* elata voce. Ab ὄρθιος.

Ὀρθιάδε, *Adv.* in arduum. Ab ὄρθιος.

Ὀρθιάζω, erigo, arrigo; (2) voce intenta loquor; (3) vaticinor, Epigr. Ab eod.

Ὀρθίαξ, ακος, ὁ, mali nautici pars inferior, inde recta in altum tendentis. Ab eod.

Ὀρθίασμα, ατος, τὸ, verbum intenta voce prolatum. Ab ὀρθιάζω.

Ὀρθιάω, ῶ, Ph. ὀρθιᾶ, arrigit. Ab ὄρθιος.

Ὀρθιόκωπος, ȣ, ὁ, qui ſe erigit in ducendis remis, ut eos fortius impellat, Heſ. Ex ὄρθιος, & κώπη, *remus*.

Ὄρθιον, ȣ, τὸ, arduum, erectum. *Adv.* recto vel arduo tramite; (2) alta & intenta voce. Ab ὄρθιος.

Ὄρθιος, ία, ιον, vel ὄρθιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, recta in altum tendens, arduus, rectus, erectus; (2) qui ſublata voce cantatur. Ab ὀρθός.

Ὀρθοάκανθος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, arrectis ſpinis muricatus. Ex ὀρθὸς, & ἄκανθα, *ſpina*.

Ὀρθοβατέω, ῶ, f. ήσω, erectus incedo. Ex ὀρθὸς, & βαίνω, *eo, vado*.

Ὀρθοβόας, ȣ, ὁ, elata voce canens. Ab ὀρθὸς, & βοὴ, *clamor*.

Ὀρθόβολος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui recta projicitur. Ex ὀρθὸς, & βάλλω, *jacio*.

Ὀρθόβȣλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, recta conſulens. Ex ὀρθὸς, & βȣλὴ, *conſilium*.

Ὀρθογνώμων, ονος, ὁ ϗ ἡ, recta ſentiens & judicans. Ex ὀρθὸς, & γνώμη, *ſententia*.

Ὀρθογόη, ης, ἡ, ſublata & intenta voce lamentans. Ex ὀρθὸς, & γόος, *luctus, lamentatio*.

Ὀρθογραφέω, ῶ, f. ήσω, recte ſcribo. Ex ὀρθὸς, & γράφω, *ſcribo*.

Ὀρθογραφία, ας, ἡ, recta ſcriptura, recte ſcribendi ſcientia; (2) recta frontis ædificii imago, frontiſpicium. Ex ὀρθὸς, & γραφὴ, *ſcriptura*.

Ὀρθογώνιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rectangulus. Ex ὀρθὸς, & γωνία, *angulus*.

Ὀρθόγωνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, rectangulus, Gl. V. Ex ὀρθὸς, & γωνία, *angulus*.

Ὀρθοδίκας, Dor. pro ὀρθοδίκης, ȣ, ὁ, recta judicans, recta judicia dans, R. Ex ὀρθὸς, & δίκη, *jus*.

Ὀρθοδοξαϛὴς, ȣ, ὁ, cujus recta eſt opinio, Suic. Ex ὀρθὸς, & δοξαϛὴς, *opinator*.

Ὀρθοδοξαϛικῶς, *Adv.* opinione recta, non aberrante. Ab ὀρθοδοξαϛής.

Ὀρθοδοξέω, ῶ, recte ſentio, ſum rectæ opinionis. Ab ὀθόδοξος.

Ὀρθοδοξία, ας, ἡ, recta opinio; (2) recta ſententia de religione. Ab eod.

Ὀρθόδοξος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cujus recta eſt opinio; (2) qui recte de religione Chriſtiana ſentit. Ex ὀρθὸς, & δόξα, *opinio*.

Ὀρθοδρομέω, ῶ, f. ήσω, recto curſu contendo, ſeu eo, Xen. Ab ὀρθόδρομος.

Ὀρθόδρομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui recto curſu pergit, quo recta decurritur. Ex ὀρθὸς, & δρόμος, *curſus*.

Ὀρθόδωρον, ȣ, τὸ, palma porrecta; (2) ſpithama. Ex ὀρθὸς, & δῶρον, *palmus*.

Ὀρθοέπεια, ας, ἡ, recta locutio, emendata cum ſuavitate vocum explanatio; proprie loquendi ratio. Ex ὀρθὸς, & ἔπος, *verbum, dictio*.

Ὀρθοεπέω, ῶ, recte & proprie loquor, R. Ex iiſd.

Ὀρθόθριξ, τριχος, ὁ ϗ ἡ, rectos habens capillos; (2) horrentes habens ſetas. Ex ὀρθὸς, & θρὶξ, *pilus, capillus*.

Ὀρθοθύρη, ης, ἡ, janua erecta & in altum tendens, Etym. Ex ὀρθὸς, & θύρα, *janua*.

Ὀρθόκαυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui rectum caulem habet. Ex ὀρθὸς, & καυλὸς, *caulis*.

Ὀρθόκερως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, erecta cornua habens. Ex ὀρθὸς, & κέρας, *cornu*.

Ὀρθόκραιρος, αίρα, αιρον, caput erectum habens; (2) cornua erecta habens; (3) antennas arrectas habens. Ex ὀρθὸς, & κραῖρα, *caput*.

Ὀρθόκρανος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, erectum caput habens; (2) eminens. Ex ὀρθὸς, & κράνον, *caput*.

Ὀρθοκρισία, ας, ἡ, rectum judicium. Ex ὀρθὸς, & κρίσις, *judicium*.

Ὀρθόκωλον, ȣ, τὸ, vitium articuli, quum flecti ob rigorem nequit. Ex ὀρθὸς, & κῶλον, *membrum, articulus*.

Ὀρθόλαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, elata & alta voce garriens, Heſ. Suid. Ex ὀρθὸς, & λάλος, *loquax*.

Ὀρθολεκτέω, ῶ, recte & proprie loquor. Ex ὀρθὸς, & λέγω, *dico*.

Ὀρθολογέω, ῶ, recte & proprie loquor, Plut. Ex iiſd.

Ὀρθομαντεία, ας, ἡ, recta, i. e. verax vaticinatio, Suic. Ab ὀρθόμαντις.

Ὀρθόμαντις, εως, ὁ ϗ ἡ, recte vaticinans, verax vates, R. Suic. Ex ὀρθὸς, & μάντις, *vates*.

Ὀρθόνοος, *contr.* ὀρθόνȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui eſt rectæ mentis, proba & recta cogitans. Ex ὀρθὸς, & νόος, *mens*.

Ὀρθοπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, erectus. Ex ὀρθὸς, & πηγνύω, *pango*.

Ὀρθοπάλη, ης, ἡ, recta lucta. Ex ὀρθὸς, & πάλη, *lucta*.

Ὀρθοπλὴξ, ut ἵππος, equus anteriores pedes attollens & calcibus feriens. Ex ὀρθὸς, & πλήσσω, *ferio*.

Ὀρθοπλοέω, ῶ, recta navigo, ſecundo vento utor; ὀρθοπλοεῖν, bene ſuccedere. Ab ὀρθόπλοος.

Ὀρθόπλοος, ȣ, ὁ, recta navigans; ὀρθόπλοος βίος, vita bene fluens, proſpera. Ex ὀρθὸς, & πλόος, *navigatio*.

Ὀρθόπνοια, ας, ἡ, orthopnoëa, morbus, quum erecta cervice ſpiritus ducitur. Ex ὀρθὸς, & πνοὴ, *ſpiratio*.

Ὀρθοπνοϊκὸς, ὴ, ὸν, orthopnoëa laborans. Ab ὀρθόπνοια.

Ὀρθοποδέω, ῶ, recto pede incedo, non claudico; recto curſu progredior, recte ingredior. Οὐκ ὀρθοποδȣ̃σι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Gal. 2, 14. Ab ὀρθόπȣς.

Ὀρθόπολις, εως, ὁ ϗ ἡ, erigens urbes, vel erectas conſervans; rector urbis. Ex ὀρθὸς, & πόλις, *urbs*.

Ὀρθόπȣς, οδος, ὁ ϗ ἡ, rectos pedes habens; (2) quem pedes recta ferunt. Ex ὀρθὸς, & πȣ̃ς, *pes*.

Ὀρθοπρίων, ονος, ὁ, modiolus, aut terebra cava, Suic. Ex ὀρθὸς, & πρίων, quod vide.

Ὀρθοπρόσωπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui eſt erecto vultu, Suic. Ex ὀρθὸς, & πρόσωπον, *vultus, facies*.

Ὀρθόπρυμνος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, arrectam puppim habens, Suic. Ex ὀρθὸς, & πρύμνα, *puppis*.

Ὀρθόπτερος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui rectæ pinnæ ſunt, ſurrectas pinnas habens. Ex ὀρθὸς, & πτερὸν, *ala, pinna*.

Ὀρθοπυγιᾶν, eſſe clunibus erectis, erigere ſe, ut altior & procerior videatur, Heſ. ubi tamen ὀρθοπηγιᾶν ſcriptum. Ab ὀρθόπυγος.

Ὀρθοπύγιον, ȣ, τὸ, clunis, Philox.

Ὀρθόπυγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui clunibus erectis eſt. Ex ὀρθὸς, & πυγὴ, *clunes*.

Ὀρθορρημοσύνη, ης, ἡ, recta verborum ratio. Ex ὀρθὸς, & ῥῆμα, *verbum*.

'ΟΡΘΟ`Σ, ὴ, ὸν, rectus, erectus, arrectus; (2) rectus, porrectus, in rectum tendens; (3) rectus, ſincerus, æquus.

Ὀρθοϛάδην, *Adv.* ſtando erecto corpore, more eorum, qui erecti ſtant. Ex ὀρθὸς, & ἵϛαμαι, *ſto*.

Ὀρθοϛαδίας, ȣ, ὁ, ut ὀρθοϛαδίας χιτὼν, tunica recta, tunica recincta ſeu laxa & fluens. Ex ὀρθὸς, & ἵϛαμαι, *ſto*.

Ὀρθοϛάδιος, ȣ, ὁ, ut ὀρθοϛάδιος χιτὼν, vid. præc.

Ὀρθοϛαδὸς, ȣ̃, ὁ, erectus ſtans, rectus; ὀρθοϛαδὸν, Aphrodiſienſibus idem quod ὀρθὸν, Heſ. Ex ὀρθὸς, & ἵϛαμαι, *ſto*.

Ὀρθόϛασις, εως, ἡ, rectus ſtatus; corporis habitus, quo ſurrecti ſtamus nervis poſterioribus contractis, V. Lex. Ex ὀρθὸς, & ϛάσις, *ſtatio*.

Ὀρθοϛατέω, ῶ, rectus ſto & me erigo, Suic. Ab ὀρθοϛάτης.

Ὀρθοϛάτης, ȣ, ὁ, qui ſtat erectus. Ph. ſtaturium. Eſt vocabulum architectonicum. Et ὀρθοϛάται, arrectaria, arrectaria tigna, in V. Lex. ὀρθοϛάτης autem ἄρτος, panis quidam ſacer, Pollux. Ex ὀρθὸς, & ςατὸς, *qui ſtat.*

Ὀρθότης, ητος, ἡ, rectitudo. Ab ὀρθός.

Ὀρθοτίτθιος, ȣ, ἡ, rectas, non penſiles habens mammas. Ex ὀρθὸς, & τιτθὸς, *mamma.*

Ὀρθοτομέω, ῶ, recte ſeco, in rectum ſeco, recte divido, recte tracto. Ὀρθοτομȣ̃ντα τὸν λόγον ἀληθείας, 2 Tim. 2, 15. Ab ὀρθοτόμος.

Ὀρθοτομία, ας, ἡ, ſectio in rectum, rectitudo, Suic. Ab eod.

Ὀρθότομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in rectum ſectus. Ex ὀρθὸς, & τέμνω, *ſeco.*

Ὀρθοτόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in rectum ſecans. Ex iiſd.

Ὀρθοτονέω, ῶ, rectum tonum ſeu accentum do; ὀρθοτονεῖσθαι dicuntur voces, cum in iis accentus rectus manet, nec inclinatur. Ab ὀρθότονος.

Ὀρθότονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui rectum tonum ſ. accentum habet. Ex ὀρθὸς, & τόνος, *accentus.*

Ὀρθότριχες, qui pilos ſurrectos habent.

Ὀρθοτριχέω, ῶ, pilos ſubrigo. Ph. ὀρθοτριχεῖ, horripilatur. Ab ὀρθὸς, & θρὶξ, *pilus.*

Ὀρθοτριχία, ας, ἡ, adfectio illa, qua pili arrecti ſunt. Ab ὀρθόθριξ.

Ὀρθοτριχιῶ, horripilo. Gl. V. Ex iiſd.

Ὀρθόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, qui erecto eſt animo, Heſ. Ex ὀρθὸς, & φρὴν, *mens.*

Ὀρθοφυέομαι, ȣ̃μαι, in rectitudinem creſco, in proceritatem excreſco. Ab ὀρθοφυής.

Ὀρθοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in rectum creſcens, in altum adſurgens, erectus, procerus. Ex ὀρθὸς, & φύω, *naſcor.*

Ὀρθοφυΐα, ας, ἡ, q. d. creſcentia in rectum, ipſa actio creſcendi in rectitudinem, rectitudo, proceritas. Ab ὀρθοφυής.

Ὀρθοχαίτης, ȣ, ὁ, cui juba aut coma ſtat erecta. Ex ὀρθὸς, & χαίτη, *juba.*

Ὀρθόω, ῶ, f. ώσω, erigo, arrigo; & ὀρθόομαι, ȣ̃μαι, erigor; dirigo, bene rem gero, proſpero ſucceſſu utor; ὀρθωθεὶς, erectus, a. 1. paſſ. partic. Ὀρθῶσατ' ἐκτείνοντες ἄθλιον νέκυν, Eur. Hipp. 789. Τὸ γὰρ κακὸν τόδ' ȣ̓κήτ' ὀρθȣ̃σθαι μ' ἐᾷ, Soph. Phil. 820. Τὸ γὰρ ὀρθȣ̃σθαι γνώμαν ὀδυνᾷ, Eur. Hipp. 251. Ἀμφί τ' ἐσχάρας λέβητας ὤρθȣν, Eur. El. 810. Ἡνίκ' Οἰδίπȣς ὤρθȣ πόλιν, Soph. Antig. 173. Ab ὀρθός.

Ὀρθρεύω, & ὀρθρεύομαι, matutinus aliquid ago, mane ſurgo, mane vigilo. Ab ὄρθρος.

Ὀρθρία, ας, ἡ, matutinum tempus, Suid.

Ὀρθρίδιος, ία, ιον, matutinus, Suic. Ab eod.

Ὀρθρίζω, f. ίσω, idem quod ὀρθρεύω. Ph. luce vigilo, vigilo; ὀρθρίζομαι, anteluco as, Gl. V. Πᾶς ὁ λαὸς ὤρθρισε πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ἱερῷ, Luc. 21, 28. Ab eod.

Ὀρθρινὸς, ἡ, ὸν, matutinus; τὸ ὀρθρινὸν, matutino tempore. Ab eod.

Ὀρθριοκόκκυξ, υγος, ὁ, qui matutinus cucurrit. Ex ὄρθριος, & κόκκυξ, *cuculus.*

Ὄρθριος, ία, ιον, matutinus. Ab ὄρθρος.

Ὀρθριοφοίτης, ȣ, ὁ, qui matutinus advenit. Ex ὄρθριος, & φοιτάω, *advenio.*

Ὀρθροβόας, ȣ, ὁ, qui matutino tempore vociferatur, ante lucem vociferans. Ex ὄρθρος, & βοάω, *clamo.*

Ὀρθρογόη, ης, ἡ, antelucano tempore quiritans, mane gemens. Ex ὄρθρος, & γοάω, *gemo.*

Ὀρθρολάλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, antelucano tempore ſive mane garriens; de hirundine. Ex ὄρθρος, & λάλος, *argutus.*

ὌΡΘΡΟΣ, ȣ, ὁ, tempus antelucanum ſeu matutinum, diluculum; ὄρθρȣ, ante lucem, Ph.

Ὀρθῶς, *Adv.* recte, rite. Ab ὀρθός.

Ὀρθωσία, ας, ἡ, erectio, directio, Suid. Ab ὀρθόω.

Ὀρθωσία, ας, ἡ, Diana, quæ & ὀρθία. vid. ſeq.

Ὀρθώσιος, ȣ, ὁ, ſtator. Gl. V. ὀρθωσίῳ, ſtatori, Ph. Epitheton Jovis. Ab ὀρθόω.

Ὄρθωσις, εως, ἡ, erectio, directio. Ab ὀρθόω.

Ὅρια, ων, τὰ, fines, Gl. V. Ab ὅρος, *terminus.*

Ὁριαῖος λίθος, terminalis lapis, Gl. V. A præc.

Ὀρίβακχος, ȣ, ὁ, Bacchus montanus, Rob. Ex ὄρος, & Βάκχος, *Bacchus.*

Ὀριβρεμέτης, ȣ, ὁ, e monte tonans. Ex ὄρος, & βρέμω, *tono.*

Ὀριγανίζω, origanum refero vel ſapio. Ab ὀρίγανον.

Ὀριγανίτης, ȣ, ὁ, ut ὀριγανίτης οἶνος, vinum ex origano confectum. Ab ὀρίγανον.

Ὀρίγανον, ȣ, τὸ, vel ὀρίγανος, ȣ, ὁ, origanum. Al. & ὀρείγανον.

Ὀριγνάομαι, ῶμαι, deſidero, appeto; (2) pugno, decerto. Ἦτοι ὅγ' ὠριγνᾶτο νεοκλώστω τελαμῶνος, Theoc. 24, 44. Ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο, Heſiod. Ἀσπ. 190. Ab ὀρέγομαι.

Ὀριδρομία, ας, ἡ, curſus per montes. Ab ὀριδρόμος.

Ὀριδρόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui montes percurrit, montivagus. Ex ὄρος, & τρέχω, *curro,* unde p. m. δέδρομα.

Ὁρίζω, f. ίσω, termino, finio, limito, definio. Ph. (2) conſtituo, ſtatuo, inſtituo, cenſeo, cerno, deeerno. Ph. ὁρίζομαι, ſtatuo, cenſeo; ὡρισμένος, ſtatutus, p. paſſ. part. ὁρισθεῖσα ἡμέρα, ſtatuta dies, Gl. V. a. 1. Εὐρώπην δ' Ἀσίης Τάναϊς διὰ μέσσον ὁρίζει, Dion. Περ. 14. Εἰς τήνδε παῖδα ψῆφον ὤρισαν φόνȣ, Eur. Hec. 261. Χειμὼν ἄλλοσ' ἄλλον ὤρισεν, id. Hel. 127. Ab ὅρος.

Ὁρίζων, οντος, ὁ, circulus cœli viſum terminans. Ab ὁρίζω.

Ὀρικὸς, ἡ, ὸν, mularis. Ab ὀρεὺς, *mulus.*

Ὁρικὸς, ἡ, ὸν, finitivus, definitivus. Ab ὅρος.

Ὀρικλίτης, ȣ, ὁ, in montibus habitans, monticola. Ex ὄρος, & κλίζω, *condo.*

ὈΡΙ'ΝΔΗΣ, ȣ, ὁ, ut ὀρίνδης ἄρτος, panis ex oryza vel ſemine ſeſamo ſimili confectus, Heſ. Athenæus.

Ὀρίνω, concito, commoveo, perturbo; (2) adhortando perſuadeo. a. 1. ὤρινα, ὤρινας, commoviſti; ὀρίνομαι, concitor; ὀρίνθη, a. 1. pro ὠρίνθη, commotus eſt. Νεῖκος ὤρινεν διπλȣ̃ν, Lyc. 1329. Ψυχὴ γὰρ σέο μᾶλλον ὀρίνεται, Epigr. Ab ὄρω.

Ὅριον, ȣ, τὸ, terminus limes; frequens eſt plur. Dim. ab ὅρος.

Ὄριον, ȣ, τὸ, monticulus, Gl. V. Ab ὄρος.

Ὅριος, ȣ, ὁ, terminalis; ὅριος θεὸς, Terminus, Ph. Et ὅριος Ζεὺς, Jupiter terminalis. Ab eod.

Ὀριπέδιον, ȣ, τὸ, planities montana, Rob. Ex ὄρος, & πεδίον, *campus.*

Ὀρίπλαγκτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, montes pererrans, montivagus. Ex ὄρος, & πλαγκτὸς, *erro, vagus.*

Ὀριπλανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, idem. Ex ὄρος, & πλανάομαι, *erro.*

Ὅρισμα, ατος, τὸ, terminus, limes; (2) id, quod apud nos ſtatuimus, deliberatio, propoſitum; ὁρίσματα, inſtituta, Ph. Ab ὁρίζω.

Ὁρισμὸς, ȣ̃, ὁ, finitio, definitio; it. ſponſio, Gl. V. Ab eod.

Ὁριςὴς, ȣ̃, ὁ, finitor, qui limites & confinia determinat; (2) conſtitutor juris & arbiter conditionum. Ab eod.

Ὁριςικὸς, ἡ, ὸν, finitivus; indicativus, Gl. V. Ab ὁριςής.

Ὀριτρεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, in monte nutritus. Ex ὄρος, & τρέφω, *alo.*

Ὀρίτροφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, in monte nutritus. Ex iiſd.

Ὁρκάνη, ης, ἡ, ſeptum, ſepes, ſepimentum. Ab ἕρκος.

Ὁρκαπάτης, ȣ, ὁ, qui jurejurando aliquem fallit, qui jusjurandum fallit. Ex ὅρκος, & ἀπατάω, *fallo.*

Ὅρκια, ων, τὰ, fœdera, Ph. Ab ὅρκιον.

Ὁρκίζω, f. ίσω, jurejurando obſtringo, adjuro. Οὐκ ἂν ὁρκίζομεν αὐτὸν, Dem. Ὁρκίζω σε τὸν Θεὸν, μή με βασανίσῃς, Marc. 5, 7. Ab ὅρκος.

Ὅρκιον, ȣ, τὸ, fœdus jurejurando ſancitum; (2) jusjurandum. Ab eod.

Ὅρκιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui jurejurando adhibetur, ut ὅρκιοι θεοί. (2) juratus, qui jurat. Ab eod.

Ὁρκισμὸς, ȣ̃, ὁ, juramenti exactio, obſtrictio per jusjurandum; (2) jusjurandum. Ab ὁρκίζω.

ὍΡΚΟΣ, ȣ, ὁ, jusjurandum, juramentum, ſacramentum, fœdus, religio, Ph.

Ὁρκόω, ῶ, f. ώσω, caveo ab aliquo jurejurando; adjuro, Gl. V. Ab ὅρκος.

ὉΡΚΥΝΟΣ, vel ὄρκυνος, ȣ, ὁ, piſcis quidam cetaceus; ὀρκύνες etiam piſces quidam, qui in pelago pariunt, apud Ariſtot.

Ὁρκωμοσία, ας, ἡ, jusjurandum, juratio, ſacramentum. Ex ὅρκος, & ὄμνυμι.

Ὁρκωμόσια, ων, τὰ, ſacrificia, quibus fœdera fiebant, Vulg. Lex. Ex iiſd.

Ὁρκωμόσιον, ȣ, τὸ, jusjurandum, ſacramentum, Ph. Ex iiſd.

Ὁρκωμοτέω, ῶ, f. ήσω, juro pro ſanciendis fœderibus. Πάσης ὑπὲρ γῆς Δαναΐδων ὁρκωμοτεῖ, Eur. Supp. 1187. Ab ὁρκωμότης.

Ὁρκωμότης, ȣ, ὁ, jurejurando adſtrictus, Vet. Lex. Ex ὅρκος, & ὄμνυμι, *juro.*

Ὁρκωμοτικὸς, ἡ, ὸν, ad jusjurandum pertinens, ut ὁρκωμοτικὰ ἐπιῤῥήματα, adverbia jurandi. Ab ὁρκωμότης.

Ὁρκωταὶ, οἱ, legati, qui ad exigendum jusjurandum mittuntur. Ab ὁρκόω.

Ὁρκωτὸς, ἡ, ὸν, juratus, Gl. V. Ab ὁρκόω.

Ὁρμαθίζω, in modum catenæ connecto. Ab ὁρμαθός.

ὉΡΜΑΘΟ'Σ, ȣ̃, ὁ, ordo, ſeries, catena, ſeries catenata; (2) latibulum, luſtrum, Heſ.

Ὁρμαίνω, impetu feror, ruo, prorumpo (2) in animo verſo, cogito. a. 1. ὤρμηνα, ὤρμηνε, cogitavit, agitavit. Πόλεμον θρασὺν ὁρμαίνοντες, Il. 10, 28 πολλὰ φρεσὶν, ib. 4. Ὥρμηνεν δ' ἀνὰ θυμὸν, ib. 21, 137. Ab ὁρμή.

Ὁρμάω, ῶ, f. ήσω, impetu feror, irruo prorumpo; (2) impetum capio; (3) in animum induco, facere geſtio; (4) inſtituo, conſtituo; (5) in rem aliquam propenſus ſum; (6) cieo, concito, moveo; ὁρμάομαι, ῶμαι, propero, par aliquid facere; (7) prodeo, proficiſcor progredior, ingredior; ὁρμηθεὶς, a. progreſſus. Ὥρμησαν ἐς φυγὴν, Xe ἐπί τι, id. κατὰ τόπον, Plato πρός τ Æſch. πρὸς πόλεμον, Dem. Ὅτι σ παγχάλκων ἀνταία γενύων ὡρμάθη πλ γὰ, Soph. El. 197. Πένθος γὰρ μεγ λως τόδ' ὁρμᾶται, concitatur, Eur. Me 183. Κἀμοὶ κατ' ὄσσων χλωρὸν ὡρμ δάκ δάκρυ, Eur. Med. 906. Ἔισῳ πρὸς ἄλλȣ δώμαθ' ὡρμήθης ξένȣ, id. Alc. 1028. Ab eod.

Ὁρμιά, ᾶς, ἡ, tenuis funiculus cum virga, quo piſcatores e ſeta equina contexto piſces venantur. Alias & ὁρμιά.

Ὀρμινόεις, όεντος, ὁ, qui caulem jam emittit poſt florem amiſſum. Ab ὄρμινος.

Ὄρμινος, aſparagus ſilveſtris, corruda. Gl. V. ὄρμινον, cyma.

Ὁρμευτὴς, ȣ͂, ὁ, piſcator, Heſ. Ab ὁρμεία.

Ὁρμέω, ῶ, f. ήσω, ſtationem habeo; (2) appello, ſc. navem ad terram. Τὸ πλοῖον ὥρμει ἐνταῦθα, Dem. Ὥρμεον πρὸς γῆν, Herodot. Ab ὅρμος.

ὉΡΜΗ΄, ῆς, ἡ, impetuoſus quidam motus, aggreſſio; (2) conatus, ſtudium, appetitus, appetitio, cupiditas, ſubita voluntas, inſtinctus.

Ὁρμηδὸν, *Adv.* impete, Ph. Ab ὁρμή.

Ὅρμημα, ατος, τὸ, id, ad quod animus ſubito impetu fertur; (2) impetus ipſe; (3) conatus. Ab ὁρμέω.

Ὁρμητήριον, ȣ, τὸ, incitamentum, ſuſcitabulum; (2) receptaculum, ſedes, arx belli, locus, unde milites ad bellum accincti exeunt, ut cum hoſte pugnent. Ab ὁρμέω.

Ὁρμητικὸς, ἡ, ὸν, propenſus ad rem aliquam cum impetu ſuſcipiendam; (2) incitandi vim habens. Ab eod.

Ὁρμητικῶς. *Adv.* cum quodam animi impetu. Ab ὁρμητικός.

Ὁρμιὰ, ᾶς, ἡ, linea, ſeta, Ph. linum hami, Gl. V. Alias & ὁρμειά.

Ὁρμίζω, f. ίσω, navem in ſtationem ſubduco, navem ad portum appello; (2) navem ſtabilio & fulcio. Ὦ χιλιόναυν ςρατὸν ὁρμίσας εἰς γῆν Ἀσίαν, χαῖρ', Eur. Or. 337. Τύχῃ δέ πως πρὸς ταυτὸν ὁρμισθεὶς πέδον, delatus, Soph. Phil. 548. Ab ὅρμος.

Ὁρμιηβόλος, ȣ, ὁ, piſcator. Ex ὁρμιὴ pro ὁρμιὰ, & βάλλω, *jacio.*

Ὅρμινον, ȣ, τὸ, Horminum: herba porro ſimilis, Dioſc. Heſychio genus leguminis. Theophraſto frugum genus.

Ὁρμινώδης λίθος, gemma hormino ſimilis. A præc.

Ὅρμισις, εως, ἡ, ipſa actio appellendi navem ad terram; (2) quies in ſtatione navium. Ab ὁρμίζω.

Ὁρμίσκος, ȣ, ὁ, monile. Dim. ab ὅρμος.

Ὁρμιςηρία, ας, ἡ, rudens, aut catena, per quam pondera ſuſpenduntur, Suic. Ab ὁρμίζω.

Ὁρμοδοτὴρ, ῆρος, ὁ, portuum dator, in portum ducens, Suic. Ex ὅρμος, & δοτὴρ, *dator.*

ὉΡΜΟΣ, ȣ, ὁ, monile, colli ornamentum; (2) ſtatio, navalia.

Ὀρναπέτια, τὰ, aves, aviculæ. Vox Dor. Dat. ὀρναπετίοισι apud Ariſtoph. Ab ὄρνις.

Ὀρνεόβρωτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ab avibus devoratus, Suic. Ex ὄρνεον, & βιβρώσκω, *voro.*

Ὀρνεοθηρευτικὸς, ἡ, ὸν. Hinc ἡ ὀρνεοθηρευτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars aucupandi, ſive aucupatoria. Ex ὄρνεον, & θηρεύω, *venor, aucupor.*

Ὄρνεον, ȣ, τὸ, avis, volucris. Ab ὄρνις.

Ὀρνεοπωλεῖον, ȣ, τὸ, locus ubi aves venduntur. A ſeq.

Ὀρνεοπώλης, ȣ, ὁ, aviarius, Gl. V. qui aves vendit. Ab ὄρνις, & πωλέω.

Ὀρνεοσκοπέω, ῶ, auguror, auſpicor, Gl. V. Ex ὄρνεον, & σκοπέω, *ſpeculor.*

Ὀρνεοσκοπία, ας, ἡ, augurium, Gl. V.

Ὀρνεοσκόπος, ȣ, ὁ, aruſpex, augur, auguralis, auſpicalis, Ph.

Ὀρνεοτρόφος, ȣ, ὁ, altiliarius, Gl. V. qui aves alit. A τρέφω.

Ὀρνεώτης, ȣ, ὁ, auceps, vel qui aves vendit. Ab ὄρνεον.

Ὀρνιθάριον, ȣ, τὸ, avicula. Dim. ab ὄρνις.

Ὀρνιθεία, ας, ἡ, augurium, auſpicium, divinatio per aves. Ab ὀρνιθεύω.

Ὀρνίθειος, εία, ειον, ad aves pertinens; (2) gallinaceus; ut ὀρνίθειον κρέας, caro avium. Ab ὄρνις.

Ὀρνίθεος, έα, εον, idem & ab eod.

Ὀρνιθευτὴς, ȣ͂, ὁ, qui capit aves, auceps. Ab ὀρνιθεύω.

Ὀρνιθεύω, f. εύσω, aucupor, aves capio; ὀρνιθεύομαι, auguror, auſpicor, Suid. Ab ὄρνις.

Ὀρνιθιακὸς, ἡ, ὸν, ad aves pertinens. Hinc ὀρνιθιακὰ, ῶν, τὰ, ſcil. βιβλία, libri de avibus. Ab eod.

Ὀρνιθίας, ȣ, ὁ, ut ὀρνιθίας χειμὼν, tempeſtas aves perimens, apud Ariſtoph. ὀρνιθίαι dicuntur venti quidam boreales, Ariſtot. Ab eod.

Ὀρνιθικὸς, ἡ, ὸν, avibus conveniens, Suic. Ab eod.

Ὀρνίθιον, ȣ, τὸ, avicula; (2) pullus gallinaceus. Dim. Ab eod.

Ὀρνίθιος, ία, ιον, ad aves pertinens, Suic. Ab eod.

Ὀρνιθοβοσκεῖον, ȣ, τὸ, locus ad alendas aves factus, Rob. Suic. Ex ὄρνις, & βόσκω, *paſco.*

Ὀρνιθόγαλον, ȣ, τὸ, ornithogalum, herbæ nomen. Ex ὄρνις, & γάλα, *lac.*

Ὀρνιθογονία, ας, ἡ, avium generatio ſ. origo. Ab ὀρνιθόγονος.

Ὀρνιθόγονος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ex ave natus. Ex ὄρνις & γείνομαι, *naſcor.*

Ὀρνιθοθήρας, ȣ, ὁ, auceps. Ex ὄρνις, & θήρα, *captura.*

Ὀρνιθοθηράω, ῶ, aves capio, aucupor. Ex ὄρνις, & θηράω, *venor.*

Ὀρνιθοθηρευτικὸς, ἡ, ὸν, ad aucupium pertinens. Hinc ὀρνιθοθηρευτικὴ, ῆς, ſc. τέχνη, ars aucupii. Ex ὄρνις, & θηρεύω, *venor.*

Ὀρνιθοκάπηλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui aves cauponatur, qui aves venditat. Ex ὄρνις, & κάπηλος, *inſtitor.*

Ὀρνιθοκομεῖον, ȣ, τὸ, locus alendis avibus, i. e. aviarum. A ſeq.

Ὀρνιθοκόμος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, avium curator. Gl. V. gallinarius, aviarius. Ex ὄρνις, & κομέω, *curo.*

Ὀρνιθοκόος, ȣ, ὁ, augur, avium peritus, qui per aves ſignificata intelligit. Ex ὄρνις, & κοέω pro νοέω, *intelligo.*

Ὀρνιθοκρίτης, ȣ, ὁ, collector, Ph. ſ. qui colligit & conjicit futura ex avium actionibus, augur. Ex ὄρνις, & κριτὴς, *judex.*

Ὀρνιθολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, auceps. Ex ὄρνις, & λέγω, *lego*, i. e. colligo.

Ὀρνιθολόχος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, avibus inſidians, auceps, Suic. Ex ὄρνις, & λόχος, *inſidia.*

Ὀρνιθομανέω, ῶ, inſano avium more captus ſum. Νυνὶ δ' ἀποςρέψαντες αὖ ὀρνιθομανȣ͂σι, Ariſt. Av. 1289. Ab ὀρνιθομανής.

Ὀρνιθομανὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui aves inſane amat, qui avium alendarum inſano amore tenetur. Ex ὄρνις, & μαίνομαι, *inſanio.*

Ὀρνιθομανία, ας, ἡ, inſanum ſtudium alendarum avium. Ex ὄρνις, & μανία, *inſania.*

Ὀρνιθόμορφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, avium faciem ſeu formam habens, Suic. Ex ὄρνις, & μορφὴ, *forma.*

Ὀρνιθονομεῖον, ȣ, τὸ, locus alendis avibus, aviarium, Suid. Ex ὄρνις, & νέμω, *paſco, alo.*

Ὀρνιθόπαις, αιδος, ὁ ϗ ἡ, avis pullus, pipio. Ex ὄρνις, & παῖς, *puer.*

Ὀρνιθοπέδη, ης, ἡ, laqueus, qui avibus capiendis tenditur, tendicula. Ex ὄρνις, & πέδη, *pedica.*

Ὀρνιθοπώλης, ȣ, ὁ, qui aves vendit. Ex ὄρνις, & πωλέω, *vendo.*

Ὀρνιθοσκοπέω, ῶ, auguror. Ab ὀρνιθοσκόπος.

Ὀρνιθοσκόπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, auſpex, augur. Ex ὄρνις, & σκοπὸς, *ſpeculator.*

Ὀρνιθοτροφεῖον, ȣ, τὸ, locus ad alendas aves; aviarium, Ph. (2) gallinarium. Ab ὀρνιθοτρόφος.

Ὀρνιθοτροφία, ας, ἡ, avium nutritio. Ab eod.

Ὀρνιθοτρόφος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, aves alens. Ex ὄρνις, & τρέφω, *alo.*

Ὀρνιθοφάγος, ȣ, ὁ, qui aves devorat. Ex ὄρνις, & φάγος, *edax.*

Ὀρνιθοφυὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ab ave ortus. Ex ὄρνις, & φύω, *naſcor.*

Ὀρνιθόω, ῶ, in avem muto; ὀρνιθωθῆναι, in aves mutatos eſſe, a. 1. inf. paſſ. Ab ὄρνις.

Ὀρνιθώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ad avium naturam accedens; (2) avium ſpeciem gerens. Ab eod.

Ὀρνιθὼν, ῶνος, ὁ, aviarium; (2) gallinarium, Gl. V. Ab eod.

Ὄρνιξ, ιχος, ὁ, vel ἡ, Dor. pro ὄρνις, avis.

ὌΡΝΙΣ, ιθος, ὁ, vel ἡ, avis, ales; (2) gallina & gallus; (3) augurium; acc. ὄρνιθα, & ὄρνιν. nom. pl. ὄρνεις, & ὄρνιθες.

Ὄρνυμι, excito, concito, impello; ὄρνυμαι, excitor, ſurgo, me erigo, concitus feror; ὄρνυθι, excita, Imperat. Ἀλλὰ σύ γ' ὄρνυθι τȣ͂τον, Il. 6, 363. Ὁ δὲ δεύτερος ὤρνυτο χαλκῷ, ib. 3, 349. Ab ὄρω.

Ὀρνύω, idem & ab eod.

Ὀροβάγχη, ης, ἡ, Orobanche, cauliculus ervo adnaſcens & ipſum ſuffocans. Ex ὄροβος, & ἄγχω, *ſuffoco.*

Ὀρόβαγχος, ȣ, ὁ, idem & ex iiſd.

Ὀροβιαῖος, αία, αῖον, ervi magnitudinem habens; ervo ſimilis, ervi colorem habens. Ab ὄροβος.

Ὀροβίας, ȣ, ὁ, idem & ab eod.

Ὀρόβινος, ίνη, ινον, ex ervo confectus. Ab eod.

Ὀρόβιον, ȣ, τὸ, parvum ervum. Dim. ab ὄροβος.

Ὀροβίτης, ȣ, ὁ, ervo ſimilis. Ab eod.

Ὀροβῖτις, ιδος, ἡ, globulos ervi referens. Ab eod.

Ὀροβοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, ervo ſimilis, ervi ſpeciem habens, Suic. Ex ὄροβος, & εἶδος, *ſpecies.*

ὈΡΟΒΟΣ, ȣ, ὁ, ervum, *genus leguminis.*

Ὀροβώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, q. d. ervaceus, ex genere ervorum. Ab ὄροβος.

Ὄρογκοι, montium tumuli, cacumina, vertices, juga. Ex ὄρος, & ὄγκος, *tumor.*

Ὀροδαμνὶς, ίδος, ἡ, parvus ſurculus, ramuſculus tenellus. Dim. ab ὀρόδαμνος.

ὈΡΟ΄ΔΑΜΝΟΣ, ȣ, ὁ, ſurculus, ramuſculus, germen, ramus.

Ὀροθεσία, ας, ἡ, deſignatio terminorum; (2) terminus poſitus. Ex ὅρος, & θέσις, *poſitio.*

Ὀροθέσιον, ȣ, τὸ, terminus ſeu limes conſtitutus. Ex iiſd.

Ὀροθέτης, ȣ, ὁ, finitor; qui terminos & limites ſtatuit. Gl. V. terminator. Ex ὅρος, & τίθημι, *pono.*

Ὀροθύνω

Ὀροθύνω, f. υνῶ, concito, excito, turbo, perturbo. Ἀργείους δὲ Ποσειδάων ὀρόθυνε μετελθών, Il. 13, 351. Ab ὄρω.

Ὀροιτύπος, ου, ὁ, qui ligna in montibus cædit, lignator. Ex ὄρος, & τύπτω, ferio, cædo.

Ὀροίτυπτος, ου, ὁ ϗ ἡ, paſtor montanus, apud Nicandr. Ex iiſd.

Ὀροκάρυον, ου, τὸ, nux montana, Suic. Ex ὄρος, & κάρυον, nux.

Ὀρόκτυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, in montibus reſonans. Ex ὄρος, & κτύπος, ſonitus.

Ὄρομαι, curo, vel ſequor; ὄροντο, imperf. ſequebantur. Ἐπὶ δ' ἀνέρες ἐσθλοὶ ὄροντο, Odyſſ. 3, 471.

ΟΡΟΝΤΙΟΝ, ου, τὸ, orontium, *herba*.

Ὀροπέδιον, ου, τὸ, colliculus, tumulus; (2) montana planities. Ex ὄρος, & πεδίον, *campus*.

Ὀροπύγιον, idem quod ὀῤῥοπύγιον.

ὌΡΟΣ, εος, τὸ, mons, collis.

ὍΡΟΣ, ου, ὁ, terminus, limes, finis alicujus regionis vel agri; (2) meta, ſcopus in aliqua re propoſitus; (3) modus & regula, præſcriptum actiones temperans; (4) finitio, definitio.

ὈΡΟΣ, ου, ὁ, ſerum lactis; (2) aqueus humor in pice.

Ὄρος, & ὀρὸς, pro ὀῤῥός, Euſt.

Ὀροσπίζης, ου, ὁ, fringilla montana. Ex ὄρος, & σπίζα, *fringilla*.

Ὅρουμα, ατος, τὸ, impetus, ſaltus. Ab ὀρούω.

Ὅρουσις, εως, ἡ, impetus, quo quis ad aliquid fertur. Ab ὀρούω.

Ὀρούω, f. ούσω, impetum do, ruo, impetu feror. Ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν, Heſiod. Ἀσπ. 412. Ab ὄρω.

Ὀροφὴ, ῆς, ἡ, contignatio, qualis eſt tectorum; (2) tectum; (3) lacunar. Ph. lacunar, laquearium, faſtigium, culmen, pergula. Gl. V. camera. Ab ὀρέφω, *tego*.

Ὀροφηφάγος, ου, ὁ ϗ ἡ, tecta vorans, ſeu conſumens, ut ignis, Suic. Ex ὀροφὴ, & φάγος, *edax*.

Ὀροφηφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, tectum ſeu contignationem ferens. Ex ὀροφὴ, & φέρω, *fero*.

Ὀροφίας, ου, ὁ, qui in camera ſeu tecto latibula habet. Ab ὄροφος.

Ὀρόφινος, ίνη, ινον, arundinaceus, Suic. Ab eod.

Ὄροφος, ου, ὁ, arundinis ſeu calami genus in tegendis ædibus olim uſurpari ſolitum; (2) tectum; (3) camera. Gl. V. impluvium. Ab ἐρέφω, *tego*.

Ὀροφόω, ῶ, f. ώσω, concamero, contigno. Gl. V. faſtigio. Ab ὄροφος.

Ὀρόφωμα, ατος, τὸ, tectum, concameratio, contignatio. Ph. lacunar. Ab ὀροφόω.

Ὀρόφωσις, εως, ἡ, lacunarium, laquearium, Gl.V. Ab eod.

ὌΡΠΗΞ, ηκος, ὁ, ramus, ſurculus ex radice arboris enatus, ſtolo; (2) virga aculeata ad boves incitandos, ſtimulus; (3) jaculum e ramo tereti & recto.

Ὀῤῥόπισσα, ης, ἡ, ſerum picis, humor, qui e pice, dum coquitur, defluit. Ex ὄῤῥος, & πίσσα, *pix*.

Ὀῤῥοπύγιον, ου, τὸ, ultima pars ſpinæ dorſi, podex; in avibus cauda. Ex ὄῤῥος, & πυγὴ, *nates*.

Ὀῤῥοπυγόστικτος, ου, ὁ ϗ ἡ, notas in ὀῤῥοπυγίῳ, habens. A στικτὸς, *punctus*.

Ὀῤῥὸς, οῦ, ὁ, ſerum, Ph. Alias & ὀρός.

ὌΡῬΟΣ, ου, ὁ, linea ſcrotum dividens; (2) ſacri oſſis extremum; podex.

Ὀῤῥωδέω, ῶ, f. ήσω, timeo, formido, horreſco. Τὸν περὶ σεαυτοῦ χρησμὸν ὀῤῥωδῶν, Ariſt. Eq. 126. Ὀῤῥωδῶ τινὰ δόλον θυραῖον, Eur. El. 839. Ab ὄῤῥος.

Ὀῤῥώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſeroſus; (2) ad caudam uſque protenſus. Ab ὀῤῥός, vel ὄῤῥος.

Ὀῤῥωδία, ας, ἡ, metus, timor. Ab ὀῤῥώδης.

Ὀρσάσκεν, incitabat. Imperf. Ion. formatur, a. 1. ὦρσα verbi ὄρω, incito. Μένος δ' ὄρσασκεν ἑταίρου, Il. 17, 423.

Ὀρσιγύναιξ, αικος, ὁ, concitator mulierum. Ab ὄρω, & γυνὴ, *mulier*.

Ὀρσίκτυπος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſtrepitum excitans, horriſonus. Ex ὄρω, & κτύπος, *ſonitus*.

Ὀρσινεφὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, qui nubes excitat & accumulat, R. Suic. Ex ὄρσω, & νέφος, *nubes*.

Ὀρσίπεδος, ου, ὁ ϗ ἡ, quatiens ſolum, R. Suic. Ex ὄρσω, & πέδον, *ſolum*.

Ὀρσίτης, ου, ὁ, genus ſaltationis apud Cretenſes. Ab ὄρω.

Ὀρσοδάκνη, ης, ἡ, beſtiola quædam mordens. Ex ὄρσω, & δάκνω, *mordeo*.

Ὀρσοθύρη, ης, ἡ, magna & alta janua, janua in ſuperiori ædium parte. Ex ὄρσω, & θύρα, *janua*.

Ῥιψοκινδυνέω, ῶ, in pericula me præcipit projecta quadam audacia. A ῥιψοκίνδυνος.

Ῥιψοκίνδυνος, ου, ὁ καὶ ἡ, qui ſe in pericul præcipitat, ad audendum projectus, Ph periculoſus, temerarius. Ex ῥίπτω, & κίνδυνος, *periculum*.

Ῥιψοκινδύνως, *Adv.* more eorum, qui ſe in pericula præcipitant, projecta quadam audacia. A ῥιψοκίνδυνος.

Ῥιψολογέω, ῶ, temere verba fundito ve effutio, Suic. Ex ῥίπτω, & λέγω, dic

Ῥιψοπλ

Ῥίψοπλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, arma abjiciens; (2) vaſtans. Ex ῥίπτω, & ὅπλα, *arma.*

ῬΟΑ᾽, ᾶς, ἡ, malus Punica, *arbor*; (2) malum Punicum, *fructus.* Gl. V. malogranum, malum granatum.

Ῥοὰς, άδος, ἡ, defluvium acinorum, vitis vitium, quo acini defluunt. Ab eod.

ῬΟΓΕ᾽Ω, floreo; vid. Heſ.

Ῥογμὸς, ȣ̃, ὁ, ſonus, quem quis ſupinus ſtertendo edit, rhonchus. A ῥέγχω.

Ῥογχάζω, rhonchiſſo. A ſeq.

Ῥόγχος, ȣ, ὁ, rhonchus, Gl. V. idem quod ῥογμός.

Ῥόδαμνος, ȣ, ὁ, idem quod ῥάδαμνος.

ῬΟΔΑ᾽ΝΗ, ης, ἡ, trama, ſubtemen, Ph.

ῬΟΔΑΝΟ᾽Σ, ὴ, ὸν, valde rapidus; ſed quum *roſeus* notat, eſt a ῥόδον.

Ῥοδανίζω, torqueo, Gl. V. A præc.

Ῥόδαξ, ακος, ἡ, parva roſa, roſula. Dim. a ῥόδον.

Ῥοδαρὸς, ὰ, ὸν, roſeus; (2) ſpecioſus. Ab eod.

Ῥόδεος, έα, εον, roſeus, roſaceus; (2) roſeus, i. e. qui eſt roſei coloris, purpureus, pulcher adſpectu. Ab eod.

Ῥοδεὼν, ῶνος, ὁ, roſetum, Gl. V. A ῥόδον.

Ῥόδη, ης, ἡ, frutex roſas producens. Ab eod.

Ῥοδιὰς, άδος, ἡ, poculi genus. Ab eod.

Ῥόδινος, ίνη, ινον, roſaceus. Ab eod.

Ῥοδὶς, ίδος, ἡ, paſtillus ex roſis confectus. Ab eod.

Ῥοδίτης, ȣ, ὁ, ſc. οἶνος, vinum roſatum vel roſaceum. Ab eod.

Ῥοδοδάκτυλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſeos digitos habens. Ex ῥόδον, & δάκτυλος, *digitus.*

Ῥοδοδάφνη, ης, ἡ, taxus, lauria, viburna, roſa Græca, Ph. Ex ῥόδον, & δάφνη, *laurus.*

Ῥοδόδενδρον, ȣ, τὸ, rhododendron, frutex, roſæ ſimilitudine. Ex ῥόδον, & δένδρον, *arbor.*

Ῥοδοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, roſarum colorem referens. Ex ῥόδον, & εἶδος, *ſpecies, figura.*

Ῥοδόεις, όεσσα, όεν, roſaceus, roſeus, ſuaviſſimus. A ῥόδον.

Ῥοδόμελι, mel roſaceum. Ex ῥόδον, & μέλι, *mel.*

Ῥοδόμηλον, ȣ, τὸ, confectio ex roſis & malis cotoneis. Ex ῥόδον, & μῆλον, *malum.*

ῬΟ᾽ΔΟΝ, ȣ, τὸ, roſa.

Ῥοδόπηχυς, εος, ὁ ϗ ἡ, roſeos habens cubitos, roſeas ulnas habens. Ex ῥόδον, & πῆχυς, *cubitus.*

Ῥοδόπνοος, *contr.* ῥοδόπνȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſarum odorem ſpirans. Ex ῥόδον, & πνόος, *ſpiratio, flatus.*

Ῥοδοπώλης, ȣ, ὁ, roſarius, Gl. V. qui roſas vendit. Ex ῥόδον, & πώλης, *venditor.*

Ῥοδόσταγμα, ατος, τὸ, roſarum liquor. Ex ῥόδον, & στάζω, *ſtillo.*

Ῥοδόστακτον, ȣ, τὸ, idem & ex iiſd.

Ῥοδόσφυρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſeum calcaneum habens, Suic. Ex ῥόδον, & σφυρὸν, *malleolus, pedis extremitas.*

Ῥοδοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſas ferens. Ex ῥόδον, & φέρω, *fero.*

Ῥοδόχροος, *contr.* ῥοδόχρȣς, ȣ, ὁ ϗ ἡ, roſeus, roſeum colorem habens. Gl. V. ῥοδόχρȣς, roſeo colore. Ex ῥόδον, & χρόα, *color.*

Ῥοδόχρως, ωτος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd. R. Suic.

Ῥοδὼν, ῶνος, ὁ, idem quod ſequens ῥοδωνιά; (2) totus ceſpes & planta roſæ. A ῥόδον.

Ῥοδωνιὰ, ᾶς, ἡ, roſetum, locus ubi roſæ naſcuntur. Gl. V. roſarium, rubricetum. Ab eod.

Ῥοδῶπις, ιδος, ἡ, quæ roſeo eſt adſpectu. Ex ῥόδον, & ὤψ, *vultus.*

Ῥοδωπὸς, ȣ̃, ὁ ϗ ἡ, qui roſeo eſt adſpectu. Ex iiſd.

Ῥοδωτὸν, roſatum, Gl. V. quaſi a ῥοδόω, a ῥόδον.

Ῥόζω, latro; (2) ſterto, Suid.

Ῥοὴ, ῆς, ἡ, fluentum. Gl. V. fluor, fluxus. A ῥέω.

Ῥοθέω, ῶ, impetu feror. A ῥόθος.

Ῥοθιάζω, impetuoſe & contente remigo; (2) cum impetu & ſtrepitu voro porcorum inſtar. Ab eod.

Ῥόθιον, ȣ, τὸ, impetus undarum, unda, fluctus. Ab eod.

Ῥόθιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, impetuoſus, cum impetu ciens. Ab eod.

Ῥοθοπυγίζω, concava & lata manu nates ferio, vel pedibus in podicem inſultando complodo, ſonitumque edo. Ex ῥόθος, & πυγὴ, *nates.*

ῬΟ᾽ΘΟΣ, ȣ, ὁ, undarum ſtrepitus, ſtrepitus remorum; (2) ſtrepitus, tumultus, impetus.

Ῥοιὰ, ᾶς, ἡ, malogranatum, malum granatum, Ph.

Ῥοιβδέω, ῶ, f. ήσω, ſtrido; (2) ſorbeo, abſorbeo. Μὴ σύ γε κεῖθι τύχοις ὅτε ῥοιβδήσειεν, Odyſſ. 12, 106. A ῥοῖβδος.

Ῥοίβδησις, εως, ἡ, ſtridor. Ab ῥοιβδέω.

Ῥοῖβδος, ȣ, ὁ, ſtridor. A ῥοίζω.

Ῥοίδιον, ȣ, τὸ, exiguum malum Punicum. A ῥοιά.

Ῥοιζέω, ῶ, f. ήσω, ſtrido, ſtridorem edo; (2) latro; (3) ſibilo innuo. Ῥοίζησεν δ᾽ ἄρα, πιφαύσκων Διομήδεϊ δίῳ, Il. 10, 502. A ῥοῖζος.

Ῥοιζηδὰ, *Adv.* idem quod ſequens ῥοιζηδόν.

Ῥοιζηδὸν, *Adv.* cum ſtridore; (2) cum magno impetu. A ῥοιζέω.

Ῥοίζημα, ατος, τὸ, ſtridor ſeu impetus, qualis eſt ſagittæ volantis. A ῥοιζέω.

ῬΟΙ῀ΖΟΣ, ȣ, ὁ, ſtridor, ſibilus; (2) impetus, Gl. V.

Ῥοιζώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſtridorem aut magnum ſtrepitum edens, ſtreperus. A ῥοῖζος.

Ῥοϊκὸς, ὴ, ὸν, qui fluxione laborat, profluvio laborans; (2) fluidus, fluxus. A ῥέω, *fluo.*

Ῥοικὸς, ὴ, ὸν, incurvus, inflexus; (2) qui naturaliter incurvis cruribus eſt. Ab eod.

Ῥοΐσκοι, corymbi aurei, ſtolis ſacris attexi ſoliti; ob mali punici ſimilitudinem ſic dicti. A ῥοιά.

Ῥοΐτης, ȣ, ὁ, ut ῥοΐτης οἶνος, vinum ex malis Punicis confectum. Ab eod.

Ῥομβέω, ῶ, f. ήσω, volvo & circumago in modum rhombi. A ῥόμβος.

Ῥομβητὸς, ὴ, ὸν, verſatilis in modum rhombi. A ῥομβέω.

Ῥομβοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, figuram rhombi habens. Ex ῥόμβος, & εἶδος, *ſpecies, figura.*

Ῥόμβος, ȣ, ὁ, tornus, turbo, Ph. girgillus, Gl. V. rhombus. A ῥέμβω.

Ῥομβώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, rhombi figuram habens. A ῥόμβος.

Ῥομβωτὸς, ὴ, ὸν, idem & ab eod.

Ῥομφαία, ας, ἡ, rhomphæa, gladius; framea, Ph. A ῥέμβω.

Ῥομφεῖς, ῶν, οἱ, lora, quibus calcei conſuuntur. Ab eod.

Ῥόος, ȣ, *contr.* ῥȣ̃ς, ȣ̃, ὁ, fluentum, fluxus, fluor. A ῥέω, *fluo.*

Ῥοπαληφορέω, ῶ, clavam geſto, Suic. Ex ῥόπαλον, & φορέω, pro φέρω, *fero.*

Ῥοπαλίζω, f. ίσω, clava percutio, vel verſo tamquam clavam. A ῥόπαλον.

Ῥοπαλισμὸς, ȣ̃, ὁ, percuſſio, quæ fit clava. Sed dicitur de lentigine ſeu ſatyriaſi. A ῥοπαλίζω.

Ῥοπαλοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, clavæ ſimilis. Ex ῥόπαλον, & εἶδος, *figura.*

Ῥόπαλον, ȣ, τὸ, clava, Ph. ῥόπαλα, fuſtes, Gl. V. A ῥέπω.

Ῥοπὴ, ῆς, ἡ, præponderatio, libramentum, Ph. momentum, Ph. nutus, Gl. V. Ῥοπᾶς ἔχεσθαι, vergere ad ruinam, Ariſt. Veſp. 1227. Ab eod.

Ῥοπτὸς, ὴ, ὸν, ſorbilis. A ῥόφω.

Ῥόπτρον, ȣ, τὸ, clava, fuſtis; (2) marculus ſeu annulus oſtii, lignum incurvum. A ῥέπω.

Ῥȣβὴν, ὁ, Ruben. Nomen viri Hebr. ἄκλιτον. *Filius viſionis.*

Ῥȣ̃θ, ἡ, Ruth. Nomen mulieris Hebr. ἄκλιτον. *Tremor.*

Ῥȣ̃ς, ῥοὸς, arbuſcula quædam inficiendis coriis ſerviens; excoriarium.

Ῥȣ́σιος, ȣ, ὁ, color qualis eſt rubricæ Sinopicæ, *Lat.* ruſſus. A ῥοὰ, cujus granum rubet.

Ῥοφάω, ῶ, Ph. ῥοφᾷ, ſorbet; idem quod ſequens.

ῬΟΦΕ᾽Ω, ῶ, f. ήσω, ſorbeo, ſorbillo, haurio. Μισθὸν τρύβλιον ῥοφῆσαι, Ariſt. Eq. 901. Ὅσον ῥοφήσεις ζωμὸν ἡμερῶν τριῶν; id. Pace, 715.

Ῥόφημα, ατος, τὸ, ſorbitio, hauſtus. A ῥοφέω.

Ῥοφημάτιον, ȣ, τὸ, ſorbitiuncula. A præc.

Ῥόφησις, εως, ἡ, ſorbitio, ipſa actio ſorbendi. Gl. V. ſuctus; ſuctio. Ab eod.

Ῥοφητικὸς, ὴ, ὸν, vim abſorbendi habens. Ab eod.

Ῥοφητὸς, ὴ, ὸν, ſorbilis. Ab eod.

Ῥόφω, pro ῥοφέω, Etym.

Ῥοχθέω, ῶ, f. ήσω, ſtrepitum ſeu ſtridorem edo. Ῥοχθεῖ γὰρ μέγα κῦμα ποτὶ ξερὸν, Odyſſ. 5, 402. vid. & Odyſſ. 12, 60. A ῥόχθος.

Ῥόχθος, ȣ, ὁ, fluctuum ſtrepitus, fluctus. Ὡς μὴ καταβρόξῃ νιν ἐν ῥόχθοις κλύδων, Lyc. 742. A ῥόθος.

Ῥοώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, fluidus, fluxus; (2) undoſus, fluctuoſus. Gl. V. rapidus. A ῥόος.

Ῥοὼν, ῶνος, ὁ, locis malis Punicis conſitus. A ῥοά.

Ῥύαξ, ακος, ὁ, profluvium, rivus, proluvium, proluvies, eluvies. Gl. V. rivus. A ῥύω, *fluo.*

Ῥυὰς, άδος, ἡ, q. d. deflua, decidua; (2) vitium oculi, quum lacrimæ conſtanter fluunt; (3) defluvium acinorum, ῥυάδες, vites fructum non continentes. Ab eod.

Ῥύβδην, *Adv.* fuſe, abunde, vehementer. Ab eod.

Ῥύγχαινα, naſuta, Gl. V. A ῥύγχος.

Ῥυγχελέφας, αντος, ὁ ϗ ἡ, qui roſtrum elephantinum habet, Suic. Ex ῥύγχος, & ἐλέφας, *elephas.*

Ῥυγχίον, ȣ, τὸ, roſtellum. Dim. a ῥύγχος.

Ῥυγχομαχεῖν, roſtro pugnare. Ex ῥύγχος, & μάχομαι, *pugno.*

ῬΥ᾽ΓΧΟΣ, εος, τὸ, roſtrum, rictus, Gl. V.

Ῥύδην, *Adv.* adfluenter, abundanter; (2) vehementer, impetuoſe, cum vehementi ſtrepitu. A ῥέω.

Ῥυδὸν, *Adv.* fuſe, adfatim, abunde. Ab eod.

Ῥυεὶς

Ῥυεὶς, fluens, qui fluxit; ῥυῆναι, fluere fluxiſſe, a. 2. paſſ. A ῥύω.

Ῥύημα, ατος, τὸ, intritum, *bellarii genus.* A ῥύω.

Ῥυηφενία, ας, ἡ, opulentia, adfluentia divitiarum ſeu opum. A ῥυηφενής.

Ῥυηφενὴς, έος, ὁ κ̀ ἡ, cui adfluunt opes, adfluens opibus, opulentus. Ex ῥύω, & ἄφενος, *opes.*

Ῥυθμίζω, f. ίσω, ad numeros aptos redigo, numerorum concinnitatem alicui tribuo; (2) tempero, formo, compono & effingo, recte colloco, moderor, mores informo; ῥυθμισθεὶς, moratus, Ph. a. 1. part. paſſ. Τί δαὶ, ῥυθμίζεις τὴν ἐμὴν λύπην ὅπου; Soph. Antig. 324. Καὶ τὰ ἄλλα ῥυθμίζουσι, Xen. Cyr. 8, 56. A ῥυθμός.

Ῥυθμικὸς, ἡ, ὸν, rhythmicus; (2) numerorum peritus, qui numeros aut modos facit. Ab eod.

Ῥυθμιστὴς, οῦ, ὁ, moderator, Ph. A ῥυθμίζω.

ῬΥΘΜΟ'Σ, οῦ, ὁ, rhythmus, concinnitas; (2) numerus ſeu modulus certa dimenſione & proportione conſtans. Gl. V. modulus.

Ῥυκάνη, ης, ἡ, runcina, Ph.

Ῥυκανίζω, runcino, Ph. A præc.

Ῥῦμα, ατος, τὸ, fluentum; (2) tutamen, munimentum, propugnaculum, defenſio, munitio, remedium e mortis periculo hominem conſervans; (3) tractus, funis ad remulcum trahendum. A ῥύω, *fluo, traho, cuſtodio.*

Ῥυμάρχης, ου, ὁ, præfectus regionis, magiſter vici, Suic. Ex ῥύμη, & ἀρχὴ, *principatus.*

Ῥυμβίον, ου, τὸ, rotula, quæ agitatur a ſagis ſeu veneficis. Dim. a ῥύμβος.

Ῥύμβος, ου, ὁ, rotula; (2) turbo, ſeu turbinatum quidpiam, quod ſcutica circumactum ſonum quemdam reddebat; (3) impetus, motus, vertigo. A ῥέμβω.

Ῥύμη, ης, ἡ, impetus; (2) vicus, platea. A ῥύω, *fluo,* vel *traho.*

Ῥύμμα, ατος, τὸ, purgamentum, ſtrigmentum. A ῥύπτω.

Ῥυμὸς, οῦ, ὁ, temo currus. A ῥύω, *traho.*

Ῥυμοτομέω, ῶ, f. ήσω, per vicos partior & ſeco, in ſtrigas ſeco. Ῥυμοτομοῦσι δὲ εὐδιαθέτως εἴσω τὸ στρατόπεδον, Joſeph. Ex ῥύμη, & τέμνω, *ſeco.*

Ῥυμοτομία, ας, ἡ, viarum vicorumque ſectio & metatio, partitio in ſtrigas. Ex iiſd.

Ῥυμουλκέω, ῶ, f. ήσω, loris funibuſque traho, remulco traho & educo, remulcando traho. Ex ῥῦμα, & ἕλκω, *traho.*

Ῥύομαι, libero, eruo, elibero, eripio, Gl. V. ῥῦσαι, erue, elibera, eripe, Gl. V. a. 1. imperat. Ῥύεται τοὐμὸν δέμας, Eur. Med. 388. Τήνδε ῥυσαίμην πόλιν, Soph. Oed. Tyr. 72. Ἴδοιμι (γυναῖκας) πολέμου κ̀ μανιῶν ῥυσαμένας Ἑλλάδα κ̀ πολίτας, Ariſt. Lyſ. 344.

Ῥυπαίνω, ſordido, maculo, ſordidum reddo; (2) infamem reddo, famæ alicujus notam inuro; ῥυπαίνομαι, obſoleſco, ſordeſco, Gl. V. Οὐ πείθομαι Ἀριστοτέλει ῥυπαίνειν τὸν ἄνδρα βουλομένῳ, D. Hal. A ῥύπος.

ῬΥΠΑΠΑΙ', acclamatio nautica.

Ῥυπαρεύομαι, ſordidus ſum. A ῥύπος.

Ῥυπαρία, ας, ἡ, ſordes, ſpurcitia, ſitus, illuvies. Ab eod.

Ῥυπαρὸς, ρὰ, ρὸν, ſordidus, illotus, ſqualidus; metaph. avarus. Ab eod.

Ῥυπαρῶς, *Adv.* ſordide; metaph. avare, Suic. A ῥυπαρός.

Ῥυπάω, ῶ, ſordeo, ſordidus ſum. Gl. V. ῥυπῶ, ſqualeo; ῥυπόωντα, poët. pro ῥυπῶντα, ῥυπῶντα part. Ariſt. Plut. 266. A ῥύπος.

Ῥυπογράφος, ου, ὁ κ̀ ἡ, ſordidiorum humiliumque rerum pictor. Ex ῥύπος, & γράφω, *pingo.*

Ῥυπόεις, όεσσα, όεν, ſordidus. A ῥύπος.

Ῥυποκόνδυλος, ου, ὁ κ̀ ἡ, ſordidus, valde parcus, qui ne tantillos ſumptus quidem facere cupit, ut ſordes unguium a tonſore repurgandas ſibi curet. Ex ῥύπος, & κόνδυλος, quod vide.

Ῥύπον, ου, τὸ, ſordes. pl. ῥύπα pro ῥύπος.

ῬΥ'ΠΟΣ, ου, ὁ, ſqualor, ſordes, Ph. proluvies, Gl. V. alicubi etiam pro cera ſigillari.

Ῥυπόομαι, οῦμαι, obſoleſco, ſordeo; ῥερυπωμένα, ſordidata apud Hom. p. part. Odyſſ. 6, 59. A ῥύπος.

Ῥυπτικὸς, ἡ, ὸν, aptus ad abluendas ſordes, abſtergendi vim habens. A ῥύπτω.

Ῥύπτω, ſordes eluo, purgo, abſtergo; ῥύπτομαι, abſtergor, ſordibus purgor. Ἀλλ' οὐδὲ πώποτ' ἐξ ὅτου 'γὼ ῥύπτομαι, οὕτως ἐδήχθην ὑπὸ κονίας γε τὰς ὀφρῦς, Ariſt. Ach. 17. A ῥύπος.

Ῥυσὰ, ᾶς, ἡ, ſenectus. A ῥυσὸς, *rugoſus.*

Ῥυσὴ, ῆς, ἡ, rugarum ſulcus; (2) ſenectus. Ab eod.

Ῥυσιάζω, f. άσω, pignoris loco capio. Ἄψομαι, κοὐ ῥυσιάζω, Eur. Ion. 525. Ῥυσιάζομαι λόγῳ, ib. 1449. A ῥύσιον.

Ῥυσίδιφρος, ου, ὁ κ̀ ἡ, qui trahendo currum regit. Ex ῥύω, & δίφρος, *currus.*

Ῥύσιμον, ου, τὸ, ruta. A ῥύω, quod a venenis ῥύεται, i. e. *liberat.*

Ῥύσιον, ου, τὸ, quod pro alicujus liberatione datur; (2) pignus; (3) donum, quod Diis dabatur pro reſtituta valetudine aut conſervata ſalute; (4) ſpolium. A ῥύω.

Ῥύσιος, ία, ιον, liberatorius. Ab eod.

Ῥυσίπονος, ου, ὁ κ̀ ἡ, a labore liberans, laboris moleſtiam ſublevans. Ex ῥύω, & πόνος, *labor.*

Ῥυσίπτολις, εως, ὁ κ̀ ἡ, urbem ſeu civitatem ſervans, cuſtodiens, ſeu liberans. Ex ῥύω, & πτόλις, pro πόλις, *urbs.*

Ῥῦσις, εως, ἡ, liberatio, redemptio. A ῥύομαι, *libero.*

Ῥύσις, εως, ἡ, fluor, fluxus. A ῥύω, *fluo.*

Ῥύσκω, f. ῥύσκομαι, tueor, e periculo conſervo. Ὅστε μιν αὐτὴν Ῥύσκευ, Il. 24, 730. A ῥύομαι.

Ῥυσμὸς, οῦ, ὁ, rerum aliquarum ſeries, tractus. A ῥύω.

Ῥυσόω, ῶ, f. ώσω, rugo, corrugo. A ῥυσός.

Ῥυσὸς, ἡ, ὸν, rugoſus. A ῥύω.

Ῥυσαίνω, rugo, corrugo. A ῥυσός.

Ῥυσαλέος, έα, έον, rugoſus. Ab eod.

Ῥυσόκαρπος, ου, ὁ κ̀ ἡ, rugoſum frutum ferens; (2) qui rugoſis eſt ſurculis. Ex ῥυσὸς, & καρπὸς, *fructus.*

Ῥυσσὸς, ἡ, ὸν, idem quod ῥυσός.

Ῥυσσότης, ητος, ἡ, rugoſitas. A ῥυσσός.

Ῥυσσόω, ῶ, f. ώσω, idem quod ῥυσόω.

Ῥυσσώδης, εος, ὁ κ̀ ἡ, rugoſus, Ph. A ῥυσσός.

Ῥύσταγμα, ατος, τὸ, violenta tractio; (2) vis mulieri illata, compreſſio. A ῥυστάζω.

Ῥυστάζεσκον, vid. ſeq.

Ῥυστάζω, f. ξω, trahendo rapto, traho; ῥυστάζεσκον, trahebant, imperf. Ion. pro ἐρρύσταζον, Il. 24, 755. A ῥύω.

Ῥυστακτὺς, ύος, ἡ, tractio violenta. A ῥυστάζω.

Ῥύστης, ου, ὁ, liberator, Gl. V. A ῥύω.

Ῥυτὰ, ῶν, τὰ, habena, frænum, quo equus trahitur. Ab eod.

Ῥυταγωγεὺς, έως, ὁ, lorum, quod fræno inſeritur & quo equus ducitur, habena. Ex ῥυτὰ, & ἀγωγεὺς, *ductor.*

Ῥύτη, ης, ἡ, ruta. Ab eod.

Ῥυτὴρ, ῆρος, ὁ, retinaculum, ductarium, Ph. habena; (2) cuſtos. Ab eod.

Ῥυτιδόφλοιος, ου, ὁ κ̀ ἡ, cortices rugoſas habens. Ex ῥυτὶς, & φλοιὸς, *cortex.*

Ῥυτιδόω, ῶ, f. ώσω, corrugo, in rugas contraho; ἐρρυτιδωμένος, corrugatus, rugoſus, p. paſſ. part. Τὴν ὄψιν ἐρρυτιδωμένος, Luc. A ῥυτίς.

Ῥυτιδώδης, εος, ὁ κ̀ ἡ, rugoſus. A ῥυτίς.

Ῥυτίδωσις, εως, ἡ, corrugatio. A ῥυτιδόω.

Ῥυτίζω, rugo, Gl. V. A ῥυτίς.

Ῥυτὶς, ίδος, ἡ, ruga. A ῥύω, *traho.*

Ῥυτὸν, οῦ, τὸ, poculi genus, rhytum. Ab eodem, quod potus ex eo velut trahendo bibitur.

Ῥυτὸς, ἡ, ὸν, tractus; (2) fluidus, fluxus. A ῥύω, *fluo,* vel *traho.*

Ῥύτωρ, ορος, ὁ, tractor; (2) cuſtos, ſervator, adjutor. A ῥύω, *traho,* vel *cuſtodio.*

Ῥύψις, εως, ἡ, purgatio, abſterſio. A ῥύπτω.

Ῥύω, fluo, Gl. V. a. 2. paſſ. ἐρρύην, fluxi; part. ῥυεὶς, inf. ῥυῆναι.

Ῥωὰ, ᾶς, ἡ, pro ῥοιά.

Ῥωβικώτερος, ου, ὁ κ̀ ἡ, qui vix litteram ῥῶ pronunciare poteſt. A ῥῶ.

Ῥωγαλέος, έα, έον, fiſſus, fractus, ruptus. A ῥώξ.

Ῥωγὰς, άδος, ἡ, lacera, fracta, rimoſa; (2) ſaxum hians, rupes; (3) rima terræ. Ab eod.

Ῥωγὴ, ῆς, ἡ, fiſſura. Ab eod.

Ῥωγματίας, ου, ὁ, qui in rupturis habitat, idem quod ῥηγματίας.

Ῥωγμὴ, ῆς, ἡ, rima; (2) diviſio calvariæ ſuperficiaria. Ab eod.

Ῥωγμὸς, οῦ, ὁ, idem & ab eod.

ῬΩ'ΘΩΝ, ωνος, ὁ, naris, naſus.

Ῥῶμα, ατος, τὸ, vis, impetus. A ῥωννύω.

Ῥωμαΐζω, f. ίσω, Romanis faveo. A ῥωμαϊκός.

Ῥωμαϊκὸς, ἡ, ὸν, Romanus; Latinus. A ῥώμη.

Ῥωμαῖος, αία, αῖον, Romanus; Latinus. Ab eod.

Ῥωμαΐς, ίδος, ἡ, Romana, Suic. A Ῥωμαῖος.

Ῥωμαϊστὶ, *Adv.* Romane, Latine. Ab eod.

Ῥωμαλέος, έα, έον, robore præditus, robuſtus. A ῥώμη.

Ῥωμαλεότης, ητος, ἡ, robur, virilitas. A ῥωμαλέος.

Ῥωμαλεόω, ῶ, f. ώσω, robuſtum reddo, firmo; ῥωμαλεοῦμαι, robur & vires acquiro. Ab eod.

Ῥώμη, ης, ἡ, robur, vis, vires.

Ῥώμη, ης, ἡ, Roma.

ῬΩΝΝΥ'Ω, vel ῥώννυμι, f. ῥώσω, confirmo, roboro. Hinc ῥώννυμαι, corroboror; reficior, recreor, valeſco; ἔρρωμαι, perf. valeo, proſpera valetudine fruor; ἔρρωσο, vale; imperat. perf. ἐρρωμένος, part. corroboratus, confirmatus, confirmatus animo, qui animo eſt forti, robuſtus, valens, validus; & ἐρρωμένως, *Adv.* robuſte, firmiter, vehementer, fortiter, forti animo, valenti & forti corpore. Ῥώσας τὸ σῶμα διαγωνίσασθαι, Plut. τὰς πόλεις, id.

Ῥὼξ, ῥωγὸς, ἡ, vel etiam ὁ, fiſſura; (2) ſcala; (3) acinus, granum, bacca; (4) phalangium quoddam ab acini ſimilitudine. A ῥηγνύω.

Ῥώομαι, agitor, ruo. Hinc ῥώοντ', imperf. pro ῥώοντο, ἐρρώοντο, Il. 11, 50.

Ῥωπὰς, άδος, ἡ, planta quædam flexilis. A ῥώψ.

Ῥωπεύειν, vilia ſcruta vendere. A ῥῶπος.

Ῥωπήϊον, ȣ, τὸ, locus virgultis plenus: ῥωπήια, virgulta. A ῥῶψ.

Ῥωπίζω, miſcellaneam conditurам facio, confundo; (2) indocte & ſtolide aliquid facio. A ῥῶπος.

Ῥωπικὸς, ὴ, ὸν, vilis & parvi pretii. Ab eod.

Ῥώπιον, ȣ, τὸ, molle virgultum. Ab eod.

Ῥωποπερπερήθρας, ȣ, ὁ, futilis & vanus homo. Ex ῥῶπος, & πέρπερος, *levis*.

Ῥωποπερπερὸς, ut ῥωποπερπερὴ φράσις, futilis & inanis locutio, R. Ex iiſd.

Ῥωποπωλέω, ῶ, viles & minutas variaſque merces vendo. A ῥωποπώλης.

Ῥωποπώλης, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcrutarius ſeu rerum minutarum venditor. Ex ῥῶπος, & πώλης, *venditor*.

Ῥῶπος, ȣ, ὁ, & ῥῶπον, ȣ, τὸ, merx parvi momenti; (2) ſarcina omnifaria, faſciculus e variis iiſque nullius momenti rebus colligatus. A ῥῶψ.

Ῥωρὸς, ρὰ, ρὸν, vehemens. A ῥώννυμι.

Ῥῶσις, εως, ἡ, firmitudo, robur, vires. Ph. incolumitas, ſanitas, valetudo; (2) corroboratio, confirmatio. A ῥώννυμι.

Ῥωϛὴρ, ῆρος, ὁ, malleus. Ab eod.

Ῥωϛήριον, ȣ, τὸ, impetus, incitatio; (2) ad roborandum valens. Ab eod.

Ῥωϛικὸς, ὴ, ὸν, qui propenſus ad rem aliquam eſt cum robore & impetu capeſſendam; (2) corroborativus, corroborandi vim habens. Ab eod.

Ῥωτάζω, litteram ῥῶ ſæpius itero. A ῥῶ.

Ῥωταχίζω, idem & ab eod.

Ῥωταχισμὸς, ȣ̃, ὁ, frequens litteræ ρ repetitio. A ῥωταχίζω.

Ῥωχμὴ, ῆς, ἡ, idem quod ſequens ῥωχμός.

Ῥωχμὸς, ȣ̃, ὁ, ſciſſura, fiſſura, rima, hiatus. A ῥήσσω.

ῬΩ'ΧΩ, dentibus fremo.

Ῥῶψ, ῥωπὸς, ὁ, merx nullius momenti; (2) virgultum. A ῥέπω, *vergo, propendeo*.

ῬΩ'Ω, roboro, ſed pro eo uſurpatur ῥώννυμι, vel ῥωννύω; ῥώομαι, agitor. Hinc ῥώοντ', imperf. pro ῥώοντο, ἐῤῥώοντο, Il. 11. 50.

Σ.

Σ Sive ut majuſculum rectius pingitur, ϲ, C, decima octava littera Græcorum, quæ ſuo nomine Σῖγμα dicitur, illudque indepta eſt ab Hebræorum Samech; (2) nota numeralis valens *ducenta*, & cum virgula inferne appoſita ͵σ, *ducenta millia*.

Σαβάζιος, ȣ, ὁ, Sabazius, cognomen Bacchi. A σαβοί.

Σαβάζειν, bacchari, bacchantes imitari σαβοὶ clamitando; (2) motu indecoro perſulto. Ab eod.

Σαβακχαὶ, ῶν, αἱ, Dionyſiacæ, quæ Thyadum inſtar bacchari conſueverant. A σαβάζω.

Σαβακὸς, ὴ, ὸν, purulentus, rancidus, carioſus, Heſ.

Σαβακῶς, *Adv.* acerbe, aſpere, duriter, Heſ. A σαβακός.

ΣΑ'ΒΑΝΟΝ, ȣ, τὸ, ſabanum, pannus vel linteum aſperius; deſiccandis a balneis aptum.

Σαβασμὸς, ȣ̃, ὁ, vociferatio bacchantium. A σαβάζω.

Σαβαώθ', exercitus. Vox Hebr. ἄκλιτος.

Σαββατίζω, ſeptimo die requieſco, ferior, ſabbatum more Judæorum ſervo. A σάββατον.

Σαββατισμὸς, ȣ̃, ὁ, ſabbatiſmus, quies. A σαββατίζω.

ΣΑ'ΒΒΑΤΟΝ, ȣ, τὸ, ſeptimus quiſque dies quieti ab omnibus operibus deſtinatus; (2) hebdomas; feſtum Judæorum quodvis; (3) quies. Vox Hebr. Gl. V. σάββατον, ſabbata.

Σαββαώθ, idem quod σαβαώθ.

Σαβοὶ, ῶν, οἱ, Baccho initiati; Bacchi ſacerdotes; item loca Baccho conſecrata.

ΣΑΒΟΙ῀, vox bacchantium, quam voci εὐοῖ fere ſubjungebant.

ΣΑ'ΓΑΡΙΣ, εως, ἡ, bipennis ſive enſis Amazonicus; (2) gladius Perſicus; (3) ſecuris.

Σάγη, ης, ἡ, id, quod aſinis ſeu mulis inſternitur, ut tegmen, clitella, &c. A σάττω.

Σαγηνεία, ας, ἡ, actio includendi ſagena, verriculatio, everriculatio, piſcatus. A σαγηνεύω.

Σαγηνεὺς, έως, ὁ, qui ſagena utitur, verriculator, piſcator. A σαγήνη.

Σαγηνευτὴρ, ῆρος, ὁ, idem quod σαγηνεύς.

Σαγηνευτὴς, ȣ̃, ὁ, idem.

Σαγηνεύω, f. εύσω, ſagena includo, vel irretio, irretio, everriculo, piſcor. Οἷς ἅπασιν ὁ πατήρ μȣ σαγηνευθεὶς, Heliod. A σαγήνη.

Σαγήνη, ης, ἡ, ſagena, verriculum, genus retis piſcatorii. A σάττω.

Σαγηνοβόλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſagenam jaciens, piſcator. Ex σαγήνη, & βάλλω, *jacio*.

Σαγηνόδετος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſagenæ alligatus. Ex σαγήνη, & δέω, *ligo*.

Σαγηφορέω, ῶ, ſagum fero. Ex σάγος, & φέρω, *fero*.

Σάγιον, ȣ, τὸ, lodix, Gl. V. A σάγος.

Σάγμα, ατος, τὸ, onus jumenti ſarcinarii, clitellæ; (2) congeries ſtipata, acervus; (3) theca ſcuti & aliorum armorum. A σάττω.

Σαγμάρια, ſcil. ἱπποζύγια, jumenta, quibus ſagmata ſ. clitellæ imponuntur. A σάγμα.

ΣΑ'ΓΟΣ, ȣ, ὁ, ſagum.

ΣΑΘΕ'ΡΙΟΝ, ȣ, τὸ, animal quadrupes ex mari victum quærens.

ΣΑ'ΘΗ, ης, ἡ, membrum virile.

Σαθρὸς, ρὰ, ρὸν, putris, flaccidus, marcidus, vietus, debilis, fragilis, quaſſus, futilis, frivolus. A σήπω.

Σαθρότης, ητος, ἡ, debilitas, infirmitas; fragilitas, Gl. V. A σαθρός.

Σαθρόω, ῶ, f. ώσω, marcidum reddo, debilito, quaſſo, Gl. V. σαθρȣ̃μαι, quaſſor; macreſco; σεσαθρωμένος, quaſſatus, Gl. V. p. part. Ab eod.

Σάθρωμα, ατος, τὸ, labes, ruina, Suic. A σαθρόω.

Σαθρῶς, *Adv.* debiliter, Suic. A σαθρός.

Σαινίδωρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, donis abblandiens. Ex σαίνω, & δῶρον, *donum*.

Σαίνȣρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, abblandiens cauda. Ex σαίνω, & ȣ̓ρὰ, *cauda*.

Σαίνω, adulor, blandior, Gl. Vet. Σαίνει μ' ἔννυχος φρυκτωρία, Eur. Rheſ. 55. Σαίνεσθαι ἐν ταῖς θλίψεσι, 1 Theſſ. 3, 3. Οὐ γάρ με σαίνει θέσφατα, Eur. Ion. 723. A σείω, *moveo*.

ΣΑΙ'ΡΩ, f. σαρῶ, ſcopis purgo, verro; (2) orno. Hinc σέσηρα, ore ſum hianti & aperto, p. med. Σαίρειν τε δῶμα, χερνίσιν τ' ἐφεϛάναι, Eur. Hec. 369. ϛέγας, id. Cyc. 29. ναὸν, id. Ion. 832.

Σακέσπαλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcuti vibrator. Ex σάκος, & πάλλω, *vibro*.

Σακεσφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſcutum ferens, ſcutifer. Ex σάκος, & φέρω, *fero*.

Σακκελίζω, f. ίσω, idem quod ſequens σακκέω.

Σακκέω, ῶ, f. ήσω, per ſaccum tranſmitto, colo. A σάκκος.

Σακκίζω, f. ίσω, idem & ab eod.

Σάκκιον, ȣ, τὸ, ſacculus. Dim. ab eod.

Σακκοπλόκος, ȣ, ὁ, ſaccarius, Gl. V. qui ſaccos texit. Ex σάκκος, & πλέκω, *necto*.

ΣΑ'ΚΚΟΣ, ȣ, ὁ, ſaccus; (2) cilicium.

Σακκοφορέω, ῶ, ſaccum fero, cilicio ſum indutus, Suic. A σακκοφόρος.

Σακκοφορία, ας, ἡ, ſacci geſtatio, Suic. Ab eod.

Σακκοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſaccum ferens, Suic. Ex σάκκος, & φέρω, *fero*.

Σάκος, εος, τὸ, clypeus, ſcutum, Gl. V.

Σάκτας, ȣ, ὁ, ſaccus. A σάττω.

Σακτὴρ, ῆρος, ὁ, idem & ab eod.

Σάκτωρ, ορος, ὁ, onerans, implens. Ab eod.

ΣΑ'ΚΧΑΡ, αρος, τὸ, ſaccharum.

Σάκχαρι, idem.

Σάκχαρον, ȣ, τὸ, ſaccharum, Gl. V.

Σακχυφάντης, ȣ, ὁ, ſaccorum contextor. Ex σάκκος, & ὑφάντης, *textor*.

Σαλαγέω, ῶ, f. ήσω, ſtrepo, turbo. A ſeq.

Σαλάγη, clamor, Heſ.

ΣΑΛΑ'ΓΕΙΝ, ſtuprare.

Σαλαΐζειν, lamentari. A σάλω.

ΣΑΛΑ'ΚΩΝ, ωνος, ὁ, pauper opulentiam ſimulans, jactabundus.

Σαλακωνεία, vel σαλακωνία, ας, ἡ, ſimulatio divitiarum in paupertate; (2) pecuniarum profuſio illegitima & ſuperflua; (3) mollities, luxus, deliciæ. A σαλάκων.

Σαλακωνεύω, f. εύσω, opes jacto in paupertate; (2) ſumptus facio, ubi non decet; (3) delicias facio, mollitie diffluo. Ab eod.

Σαλακωνίζω, delicias facio. A σαλάκων.

ΣΑΛΑΜΑ'ΝΔΡΑ, ας, ἡ, ſalamandra, animal lacertæ figura.

Σαλαμάνδρειος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſalamandreus, ad ſalamandram pertinens. A σαλαμάνδρα.

ΣΑΛΑ'ΜΒΗ, ης, ἡ, feneſtra, Heſ.

ΣΑΛΑ'ΣΣΩ, vel σαλάττω, f. ξω, moveo, concutio, ut modium; (2) impleo largiter, ut diffluat, Suic.

Σαλάω, ῶ, quatio.

Σαλεύω, f. εύσω, moveo, commoveo, agito, Gl. V. σαλεύει, labefactat, movet, Ph. Σαλεύων πᾶν τρικυμίᾳ πέδον, Lyc. 475. Σαλεύει πόλις, Eur. Rheſ. 248. A σάλος.

Σαλμὼν, ὁ, Salmo; nomen viri Hebr. ἄκλιτον, *Pacificus*.

ΣΑ'ΛΟΣ, ȣ, ὁ, ſalum, maris ora; (2) jactatio ejus, qui navigat, fluctuatio.

ΣΑ'ΛΠΗ, ης, ἡ, piſcis quidam, qui Latinis etiam Salpa dicitur.

Σαλπιγγολογχυπηνάδαι, qui tuba, haſta, barbaque formidabiles ſunt. Vox comica, Ar. Ran. 183. Ex σάλπιγξ, λόγχη, & ὑπήνη, *barba*.

Σαλπίγγω, f. ξω, tuba cano, buccinno. Ἀμφὶ δὲ σάλπιγξεν μέγας ȣ̓ρανὸς, Il. 21, 388. A σάλπιγξ.

Σαλπιγκτὴς, ȣ̃, ὁ, buccinator, tubicen. Gl. V. liticen; σαλπιγκταὶ, tubicines, Ph. A σαλπίγγω.

ΣΑ'ΛΠΙΓΞ, ιγγος, ἡ, tuba, buccina. Gl. V. & lituus; claſſicum; avis quædam; piſcis quidam.

Σαλπίζω, f. ίσω, tuba cano, buccino; uſitatum σαλπίζω. Καὶ ὁ ἕβδομος ἄγγελος ἐσάλπισε, Apoc. 11, 15.

Σάλπισμα, ατος, τὸ, tubæ ſonus, tubæ clangor. A σαλπίζω.

Σαλπιϛὴς, ȣ̃, ὁ, tubicen, tuba canens; σαλπιϛαὶ, claſſicarii. Ph. Ab eod.

Σαμάρεια, ας, ἡ, Samaria; nomen urbis, montis, & regionis. Vox Hebr.

Σαμαρείτης, ȣ, ὁ, Samaritanus. A Σαμάρεια.

Σαμαρεῖτις, ιδος, ἡ, Samaritana. A Σαμαρείτης.

Σάμβαλα, calceamenta, ut σάνδαλον, Heſ.

ΣΑΜΒΥ´ΚΗ, ης, ἡ, vel Σαμβύκης, ȣ, ὁ, ſambuca, inſtrumentum muſicum; (2) machina oppugnandis urbibus idonea.

Σαμβυκιστὴς, ȣ̃, ὁ, ſambuciſta, qui ludit ſambuca; quaſi a σαμβυκίζω, quod eſſet ſambuca ludo.

Σαμβυκίστρια, ας, ἡ, quæ ludit ſambuca. A σαμβυκιστής.

Σαμφόρας, ȣ, ὁ, litteram σὰν vel σῖγμα armo inuſtam ferens. Ex σὰν, & φέρω, *fero*.

Σαμψυχίζω, f. ίσω, ſampſuchi odorem habeo. A σάμψυχον.

Σαμψύχινος, ίνη, ινον, ſampſuchinus, e ſampſucho confectus. Ab eod.

ΣΑ´ΜΨΥΧΟΝ, ȣ, τὸ, ſampſuchum, *herba*.

Σὰν, τὸ, littera σῖγμα apud Dores.

ΣΑΝΔΑ´ΛΙΟΝ, ȣ, τὸ, ſandalium. Gl. V. ſolea.

Σάνδαλον, ȣ, τὸ, idem.

ΣΑΝΔΑΡΑ´ΚΗ, ης, ἡ, cibus quidam apum.

ΣΑΝΔΑΡΑ´ΧΗ, ης, ἡ, ſandaracha, gummi quoddam ſive ſuccus concretus terreuſque.

Σανδαραχίζω, ſandaracham colore imitor. A σανδαράχη.

Σανδαράχινος, ίνη, ινον, ſandarachinus, e ſandaracha confectus, vel ſandaracham referens. Ab eod.

ΣΑ´ΝΔΥΞ, υκος, ἡ, ceruſſa rufa & uſta, ſandyx.

Σανίδιον, ȣ, τὸ, tabella. Dim. a σανίς.

Σανιδόω, ῶ, f. ώσω, tabulo, contabulo, tabulis tego. Gl. V. contigno, coaſſo, tabulo. Ab eod.

Σανιδώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, tabulæ ſeu aſſeri ſimilis; (2) cui ſcapulæ inſtar alarum protuberant. Ab eod.

Σανίδωμα, ατος, τὸ, tabulatum, pulpitum, Ph. laqueare, Gl. V. A σανιδόω.

Σανιδωτὸς, ὴ, ὸν, tabulatus, contabulatus. Ab eod.

ΣΑΝΙ´Σ, ίδος, ἡ, tabula, aſſer, tabula, cui maleficos alligabant. Hinc σανίδες, tabulæ, quibus leges & ſimilia inſcribebantur; σανίδες, tabulæ, Philox. aſſeres, Gl. V.

ΣΑ´ΝΝΑΣ, vel σάννος, ȣ, ὁ, ſtultus, fatuus.

ΣΑΝΝΙ´ΟΝ, ȣ, τὸ, penis, cauda, haſta.

ΣΑ´ΝΤΑΛΟΝ, ȣ, τὸ, ſantalum, *arbor*.

Σάος, ȣ, ὁ, ſalvus, incolumis, ſoſpes, ut σόος.

Σαοσίμβροτος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, homines ſervans. Ex σαόω, & βροτὸς, *mortalis*, *homo*.

Σαοφρονέω, ῶ, prudens ſum; (2) caſtus & pudicus ſum. Ἦν δὲ σαοφρονέῃς, ἀργυρός εἰμι μόνον, Epigr. A σαόφρων.

Σαοφροσύνη, ης, ἡ, prudentia. Ab eod.

Σαόφρων, ονος, ὁ ϗ ἡ, cui mens eſt ſana, prudens. Ex σάος, & φρὴν, *mens*.

Σαόω, ῶ, f. ώσω, ſervo, ſalvo; ἐσάωσεν, a. 1. ſervavit. Ὄντινα τῶν γε πόδες ϗ γοῦνα σάωσαν, Il. 21, ult. Ἢ ἀπολέσθω, ἠὲ σαωθήτω, ib. 17, 228. A σάος.

ΣΑΠΕΡΔΗΣ, ȣ, ὁ, ſaperda, piſcis.

Σαπρία, ας, ἡ, putredo, marcor, marcedo. A σαπρός.

Σαπρίας, ȣ, ὁ, ut οἶνος σαπρίας, vinum herbis in eo putreſcentibus ſeu marceſcentibus conditum. Ab eod.

Σαπρίζω, f. ίσω, putreo, marceo; (2) putridum oleo. Ab eod.

Σαπρόκνημος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, cui marcidæ ſive putridæ ſunt tibiæ. Ex σαπρός, & κνήμη, *tibia*.

Σαπρὸς, ρὰ, ρὸν, putris, mucidus, rancidus, Gl. V. fœdus, nugatorius, nugax, Ph. A σήπω.

Σαπρότης, ητος, ἡ, putredo, marcor; rancor, Gl. Vet. nugacitas, Philox. A σαπρός.

Σάπφειρα, ας, ἡ, Sapphira; nomen mulieris; σάπφειρος.

ΣΑ´ΠΦΕΙΡΟΣ, ȣ, ἡ, ſapphirus, nomen gemmæ.

Σαπφικὸς, ὴ, ὸν, Sapphicus. A Σαπφὼ, *Sappho*.

Σάπων, ονος, ὁ, ſapo, Gl. V. σάπονα, ſaponem, Gl. V.

ΣΑΡΑ´ΒΑΡΑ, ων, τὰ, Sarabara, tibialia Perſis.

ΣΑ´ΡΑΒΟΣ, ȣ, ὁ, pudendum muliebre, Suid. Heſ.

Σάραπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui magnis eſt pedibus & eos velut trahit. Ex καίρω, & πȣ̃ς, *pes*.

Σαράπους, οδος, ὁ ϗ ἡ, idem & ex iiſd.

ΣΑΡΓΑ´ΝΗ, ης, ἡ, ſporta, ciſta; (2) vinculum.

ΣΑ´ΡΓΟΣ, ȣ, vel σαργὸς, ȣ̃, ὁ, ſargus, piſcis quidam. Gl. V. ſargulus.

Σαρδάζειν, Sardonium ſcil. riſum ridere. A σαρδώ.

Σαρδάνιον, amarulentum; de riſu; ut σαρδάνιος γέλως.

Σάρδεις, εων, οἱ, Sardes, urbs.

Σάρδινος, vel σάρδιος, ȣ, ὁ, ſc. λίθος, Sardius, *gemma*. A σαρδώ.

Σάρδιον, ȣ, τὸ, lapis Sardius. Ab eod.

Σάρδιος, ȣ, ὁ, vide Σάρδινος.

Σαρδόνιος, ȣ, ὁ, Sardonius. Hinc γέλως Σαρδόνιος, Sardous riſus, i. e. amarulentus, inſanus, fictus, hominem enecans. A Σαρδώ.

Σαρδόνυξ, υχος, ὁ, Sardonyx, *gemma*. Ex Σάρδιος, & ὄνυξ, *unguis*, quod colore ſuo unguem humanum referat.

ΣΑΡΔΩ´, όος, vel Σαρδὼν, όνος, ἡ, Sardinia, *inſula*.

Σαρδωνίζω, idem quod σαρδάζω.

Σαρδωνικὸς, ὴ, ὸν, idem quod Σαρδώνιος. A Σαρδώ.

Σαρδεώνιος, ία, ιον, vel Σαρδώνιος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, idem & ab eod.

Σαρδῷος, ῴα, ῷον, idem & ab eod.

ΣΑ´ΡΙΣΣΑ, ης, ἡ, ſariſſa, haſta Macedonica.

Σαρισσοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſariſſam ferens. Ex σάρισσα, & φέρω, *fero*.

Σαρκάζω, f. άσω, carnes detraho; (2) diducto rictu oſtenſiſque labris irrideo. Οὐδ᾽ οἱ Μεγαρῆς δρῶσ᾽ οὐδὲν, ἕλκουσι δ᾽ ὅμως, γλισχρότατα σαρκάζοντες, ὥσπερ κυνίδια, Ariſt. Pace, 480. Σαρκάζουσι τὰ ἀμφόδοντα τῶν προφάγων, Hipp. A σάρξ.

Σαρκασμὸς, ȣ̃, ὁ, irriſio amarulenta, hoſtilis irriſio ſuper jam mortuo, aut morituro. A σαρκάζω.

Σαρκαστικὸς, ὴ, ὸν, ſarcaſticus; (2) qui Sarcaſmis uti ſolet. Ab eod.

Σαρκαστικῶς, *Adv.* ſarcaſtice, amarulente, virulente. A σαρκαστικός.

Σαρκίδιον, ȣ, τὸ, caruncula. Dim. a σάρξ.

Σαρκίζω, f. ίσω, carnes carpo, carnes vello, detraho. A σάρξ.

Σαρκικὸς, ὴ, ὸν, carnalis, carneus. Ab eod.

Σαρκικῶς, *Adv.* carnaliter, more eorum qui carnales ſunt. A σαρκικός.

Σάρκινος, ίνη, ινον, carne conſtans, carneus; carnalis, Gl. V. A σάρξ.

Σαρκίον, ȣ, τὸ, caruncula. A σάρξ.

Σαρκοβόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnivorus. Ph. carnifex. Ex σὰρξ, & βορὸς, *edax*.

Σαρκογενὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, a carne natus ſeu profectus, Suic. Ex σὰρξ, & γίνομαι, *naſcor*.

Σαρκοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, carni ſimilis, carnis figuram habens. Ex σὰρξ, & εἶδος, *figura*.

Σαρκοθλάσματα, ων, τὰ, carnis contuſiones. Ex σὰρξ, & θλάσμα, *contuſio*.

Σαρκοκήλη, ης, ἡ, carnoſus ramex, quum caro inter tunicas excreſcit; (2) caro durior in aliqua ſcroti parte. Ex σὰρξ, & κήλη, *ramex*.

Σαρκοκόλλα, ης, ἡ, carnis gluten, lacrima arboris Perſicæ. Ex σὰρξ, & κόλλα, *gluten*.

Σαρκολαβὶς, ίδος, ἡ, vel σαρκολάβος, ȣ, ὁ, q. d. carnis prehenſor, forceps ad particulas carnis prehendendas, inſtrumentum chirurgicum. Ex σὰρξ, & λαμβάνω, *prehendo*.

Σαρκολάτρης, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui carnem colit & adorat, Suic. Ex σὰρξ, & λάτρις, *cultor*.

Σαρκολιπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, quem caro reliquit, a carne nudatus, Suic. Ex σὰρξ, & λείπω, *deſero*.

Σαρκοπαγὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, carne concretus, Suic. Ex σὰρξ, & πήγνυμι, *compingo*.

Σαρκοποιέομαι, ȣ̃μαι, caro fio, carnem adſumo, Suic. Ex σὰρξ, & ποιέω, *facio*.

Σαρκόῤῥιζος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnoſam radicem habens, Suic. Ex σὰρξ, & ῥίζα, *radix*.

Σαρκοσχίζω, carnem conſcindo. Ex σὰρξ, & σχίζω, *ſcindo*.

Σαρκοτροφέω, ῶ, f. ήσω, carnem alo, cutem belle curo. Ex σὰρξ, & τρέφω, *alo*.

Σαρκοφαγέω, ῶ, f. ήσω, carnem edo, carne veſcor. Gl. V. σαρκοφαγῶ, excarnifico. A σαρκοφάγος.

Σαρκοφαγία, ας, ἡ, carnium eſus. Ab eod.

Σαρκοφάγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnivorus, carne veſcens. Ex σὰρξ, & φάγος, *edax*.

Σαρκοφορέω, ῶ, carnem geſto, Suic. A σαρκοφόρος.

Σαρκοφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, carnem geſtans, carne veſtitus. Ex σὰρξ, & φέρω, *fero*, *geſto*.

Σαρκόφυλλος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, folia carnoſa habens. Ex σὰρξ, & φύλλον, *folium*.

Σαρκόω, ῶ, f. ώσω, carneum reddo, incarno; (2) corpulentum reddo. A σάρξ.

Σαρκώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, carnoſus. Gl. V. carneus. Ab eod.

Σάρκωμα, ατος, τὸ, q. d. carnoſitas, carnis præter naturam incrementum; (2) carnis incrementum quoddam in naribus. Gl. V. pulpamentum. A σαρκόω.

Σάρκωσις, εως, ἡ, carnis generatio, excreſcentia carnis. Ab eod.

Σαρκωτικὸς, ὴ, ὸν, carnem reſtituendi vim habens. Ab eod.

ΣΑ´ΡΞ, σαρκὸς, ἡ, caro, pulpa, Gl. V. σάρκες, pulpæ, Ph.

Σαρὸν, & σάρον, ſcopæ, verriculum, ut ſeq

Σάρος, ȣ, vel σαρὸς, ȣ̃, ὁ, verriculum, ſcopæ. A σαίρω.

Σαρόω, ῶ, f. ώσω, verro, mundo; σεσαρω μένος, ſcopis purgatus, p. paſſ. part. Σα ροῖ τὴν οἰκίαν, Luc. 15, 8. σεσαρωμένο Matt. 12, 44. A σαίρω.

ΣΑ´ΡΠΟΣ, ȣ, ὁ, arca, domus ligne Heſ.

Σάραθρον, ȣ, τὸ, ſcopæ. A σαρόω.

Σάρωμα, ατος, τὸ, ſordes, quiſquiliæ ve rendo collectæ. Ab eod.

Σάρωσις, εως, ἡ, ipſa actio verrendi. So des, quiſquiliæ. Ab eod.

Σάρω

Σάρων, ωνος, ὁ, libidinosus; vel pudendum muliebre; item venatorium rete. Est & Σάρων, nauticus deus.

Σαρωνίδες, ων, αἱ, arbores cavæ; (2) quercus excavatæ, quercus hiantes ob vetustatem. Ab eod.

Σαρωτὴς, οῦ, ὁ; οἱ σαρωταὶ, scoparii, Gl. V. A σαρόω.

Σάσσω; σάσσει ὄνον, saginat asinum, Ph. vid. σάττω.

Σατᾶν, ὁ, & Σατανᾶς, ᾶ, ὁ, Satan, Satanas, nomen principis Angelorum malorum Hebr. ἄκλιτον. *Adversarius.*

Σατίνη, ης, ἡ, plaustrum, vehiculum, R. Suic. A σάττω.

Σάτινον, ου, τὸ, idem & ab eod. R. Suic.

Σάτον, ου, τὸ, mensura frumenti tertiam partem ephæ continens, sesquimodius. Vox Syr.

Σατραπεία, ας, ἡ, Satrapia, præfectura; (2) provincia, cui præest satrapa. A σατραπεύω.

Σατραπεύω, f. εύσω, sum satrapa, sum præfectus provinciæ. Σατραπεύων τῆς ἄνω Φρυγίας, Plut. Καρίας, Aristot. A σατράπης.

ΣΑΤΡΑ΄ΠΗΣ, ου, ὁ, satrapa, præfectus provinciæ, proprie Persicæ. Vox Persica.

Σατραπικὸς, ὴ, ὸν, ad satrapam pertinens, satrapæ conveniens, Satrapicus. A σατράπης.

ΣΑ΄ΤΤΩ, f. ξω, onero, onus impono; (2) refercio, constipo, impleo; σεσαγμένος, saginatus, Ph. p. pass. part. Σεσαγμένος ψάμμῳ, Luc.

Σατυρία, ας, ἡ, genus esculenti ex herba. A σάτυρος.

Σατυρίας, ου, ὁ, morbus, hominis faciem ita immutans, ut Satyro similis evadat. Ab eod.

Σατυρίασις, εως, ἡ, pruritus venereus; priapismus. A Σάτυρος.

Σατυρίζω, f. ίσω, prurio ad Venerem instar Satyri; (2) Satyrica petulantia proscindo. Ab eod.

Σατυρικὸς, ὴ, ὸν, satyricus, Satyro conveniens; (2) dicax, mordax, more Satyrorum. Ab eod.

Σατύριον, ου, τὸ, herba ad Venerem incitans. Ab eod.

Σατυρίσκος, ου, ὁ, parvus Satyrus. Dim. ab eod.

Σατυρισμὸς, οῦ, ὁ, idem quod σατυρίας; (2) pruritus Veneris. A σατυρίζω.

Σατυριστὴς, οῦ, ὁ, ludio, Ph. scenicus. A A σατυρίζω.

Σάτυρος, ου, ὁ, Satyrus; σάτυροι, Fauni, Gl. V. A σάθη, *penis*, Etym.

Σατυρώδης, εος, ὁ καὶ ἡ, satyros seu satyrorum mores imitans; (2) hispidus. A σάτυρος.

ΣΑΥΚΟ΄Σ, ὴ, ὸν, aridus, siccus.

Σαυλὰ, *Adv.* tarde. A σαυλός.

ΣΑΥΛΟ΄Σ, ὴ, ὸν, delicatus, mollis; (2) fluxus, levis, quietus, tardus.

Σαυλοπρωκτιάω, ῶ, ceveo, lascive podicem moveo. Ex σαυλὸς, & πρωκτὸς, *podex*.

Σαυλόομαι, οῦμαι, delicior, luxu diffluo; (2) tripudio. Ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι, Eur. Cyc. 40. A σαυλός.

Σαυνιάζω, saunio percutio, R. A σαύνιον.

Σαύνιον, ου, τὸ, Saunium, *jaculi genus*.

ΣΑΥ῀ΡΑ, vel σαύρα, ρας, ἡ, lacerta, lacertus.

ΣΑΥ΄ΡΗ, ης, ἡ, nasturtium.

Σαυρία, ας, ἡ, jaculum, Gl. V. ubi editum *jaculus*.

Σαυροειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, lacertæ formam habens. Ex σαῦρα, & εἶδος, *species*.

Σαῦρος, ου, ὁ, lacertus, Gl. V.

Σαυρωτὴρ, ῆρος, ὁ, cuspis in imo hastæ ferro transversa, qua hasta appenditur, vel etiam ferrum, quo hasta erigi & solo depangi potest. Ph. cuspis. A σταυρὸς, στην.

Σαυσαρισμὸς, οῦ, ὁ, aridæ linguæ hærentis affectio; linguæ hæsitatio.

Σάφα, *Adv.* certo, vere, manifeste, perspicue. A σαφής.

Σαφέστατα, *Adv.* manifestissime, apertissime. A σαφέστατος, quod est *Superl.* a σαφής.

Σαφέστερον, *Adv.* manifestius, apertius. A σαφής.

Σαφεστέρως, *Adv.* idem & ab eod.

Σαφέω, ῶ, f. ήσω, manifesto, declaro, notum facio. Ab eod.

Σαφέως, Ion. pro σαφῶς, *Adv.* aperte, manifeste, certo. Ab eod.

Σαφήνεια, ας, ἡ, perspicuitas, dilucida oratio, explanatio. Ph. distinctio. A σαφηνής.

Σαφηνέως, *Adv.* manifeste, aperte, perspicue, certo. Ab eod.

Σαφηνὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, perspicuus, clarus, certus. A σαφής.

Σαφηνίζω, f. ίσω, manifesto, declaro, notum facio; Philoxenus: explano, exprimo, declaro, distinguo. Οὕτως ἐσαφήνιζε μὲν τοὺς κρατιστεύοντας παρ' ἑαυτῷ, Xen. Cyr. 8, 28. Σαφηνίζεσθαι δὲ ὡς ἕκαστον ἐτίμα, τοῦτο ἐδόκει αὐτῷ ἀγαθὸν εἶναι, ibid. A σαφηνής.

Σαφηνισμὸς, οῦ, ὁ, perspicuitas, declaratio. A σαφηνίζω.

Σαφηνιστικὸς, ὴ, ὸν, declarandi vim habens; (2) *Subst.* declarator, explanator. Ab eod.

Σαφηνῶς, *Adv.* manifeste, aperte, perspicue, aperte, dilucide. A σαφηνής.

ΣΑΦΗ΄Σ, έος, ὁ καὶ ἡ, manifestus, apertus, perspicuus, certus, clarus, planus.

Σαφῶς, *Adv.* manifeste, perspicue, dilucide; Ph. evidenter, plane, aperte, palam; Gl. V. al. liquido, ad liquidum, diserte. A σαφής.

Σαόω, salvum facio. A σάος.

Σαώζω, servo, sospito. Ab eod.

Σαώτερος, magis salvus, incolumis. A σάος.

Σαωτὴρ, ῆρος, ὁ, servator. A σαόω.

ΣΒΕ΄ΝΝΥΜΙ, sive σβεννύω, f. σβέσω, extinguo, restinguo, (2) compesco, comprimo; σβέσον, extingue, Gl. V. a. 1. part. act. ut σβέννυμαι, extinguor; *metaphorice* etiam morior. Κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν, Soph. Aj. 1076. Αἱ λαμπάδες ἡμῶν σβέννυνται, Matt. 25, 8.

Σβέσις, εως, ἡ, extinctio. A σβέννυμι.

Σβεστὴρ, ῆρος, ὁ, extinctor. Ab eod.

Σβεστήριος, ία, ιον, extinctivus, extinguendi vim habens; (2) aptus ad extinguendum. Ab eod.

Σβεστικὸς, ὴ, ὸν, idem & ab eod.

Σεαυτὸν, temet, teipsum, temetipsum, Ph. Ex σὲ, & αὐτόν.

Σεαυτοῦ, ῆς, οῦ, tui ipsius. Ex σέο pro σοῦ, & αὐτοῦ, *ipsius*.

Σεβάζομαι, f. άσομαι, colo, veneror, vereor. Ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλάτρευσαν τῇ κτίσει, Rom. 1, 25. A σέβω.

Σέβας, τὸ, reverentia, veneratio, pudor. Vox ἄκλιτος ab eod.

Σέβασις, εως, ἡ, veneratio, adoratio. A σεβάζομαι.

Σέβασμα, ατος, τὸ, veneratio, Ph. σεβάσματι, venerationi, Ph. σεβάσματα, sacra. Ab eod.

Σεβασμιάζω, veneror, pius sum. A σεβάσμιος.

Σεβάσμιος, ου, ὁ καὶ ἡ, vel σεβάσμιος, ία, ιον, venerabilis, colendus, augustus, Ph. A σεβάζομαι.

Σεβασμιότης, ητος, ἡ, sanctimonia. Gl. V. A præc.

Σεβασμίως, venerabiliter, Gl. V. Ab eod.

Σεβασμιώτατος, præcolendus. Ab eod.

Σεβασμὸς, οῦ, ὁ, veneratio, adoratio, cultus; (2) religio, & observantia. Ab eod.

Σεβαστὸς, ὴ, ὸν, veneratione & adoratione dignus, venerandus, adorandus; (2) augustus, Ph. cognomen imperatorum Romanorum, ut σεβαστὴ, imperatricum; σεβαστοτάτη, augustissima, Philox. Ab eod.

ΣΕΒΕ΄ΝΙΟΝ, ου, τὸ, palmæ involucrum, sive corticosum illud, quod in summa palmula enascitur.

Σεβίζω, colo, veneror. Φιλτάτων θαλάμων κληδοῦχον οὐ σεβιζόμεθα, Eur. Hipp. 545. Θεὸν τὰν ἀφανῆ λιταῖς σεβίζειν, Soph. Oed. Col. 1551. A σέβω.

ΣΕ΄ΒΩ, & σέβομαι, veneror, colo, adoro, observo, color; σέβομαι, color, pudet me, revereor. Κακὸς γὰρ ὅστις μὴ σέβει τὰ δεσποτῶν, Eur. Hel. 732. Θυσίας θεοῖς, ibid. 1072. Ἐν ᾧ χόραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν, Arist. Nub. 600. Εἴ τι σέβῃ ξεῖνον, πέλασσον εὐνοίᾳ πάσᾳ πελάταν, Soph. Phil. 1155.

Σειὺς, έως, ὁ, patella, in qua aliquid movetur & frigitur; sartago. A σείω.

Σεῖος, σεία, σεῖον, divinus. Vox Laconica, pro θεῖος.

Σεὶρ, σειρὸς, ὁ, sol, Suid.

ΣΕΙΡΑ΄, ᾶς, ἡ, catena, funis, linea.

Σειράδιον, ου, τὸ, funiculus. Dim. a σειρά.

Σειράζω, f. άσω, vinculum traho, R. Ab eod.

Σειραῖος, αία, αῖον, catenatus, catena vinctus, funalis. Ab eod.

Σειραφόρος, ου, ὁ καὶ ἡ, catenam ferens. Ex σεῖρα, & φέρω, *fero*.

Σειρεύω, catena constringo; (2) constringo, connecto, R. Σὺν τῷ γέροντι δεσμὰ σειρεύων βρόχοις, Eur. Her. fur. 1012. A σειρά.

Σειρέω, ῶ, f. ήσω, exsicco, exinanio. A σείρω.

Σειρὴν, ῆνος, ἡ, Siren, *monstrum marinum*; (2) insectum api simile. A σεῖρα.

Σειρίασις, εως, ἡ, capitis inflammatio ex vehementi solis ardore. A σειριάω.

Σειριάω, fulguro, luceo; (2) capitis inflammatione laboro; (3) suffraginum vitio laboro, de equis. Βρέφη ἐν τῷ θέρει σειριᾷ, Al. Aphr. A σείριον.

Σείρινος, ίνη, ινον, astralis. Ab eod.

Σειριόεις, όεσσα, όεν, canicularis. A σείριος.

Σείριον, ου, τὸ, astrum. A σείριος.

Σείριος, ου, ὁ, Sirius, stella, quæ & *canicula* dicitur. A σείρω, *desicco*.

Σειρομάστης, ου, ὁ, jaculi quoddam genus vel lanceola.

Σεισάχθεια, ας, ἡ, q. d. onus excussum, allevatio debiti communis, tabulæ novæ. Ex σείω, & ἄχθος, *onus*.

Σεῖσις, εως, ἡ, motio, quassatio, concussio. A σείω.

Σεισίχθων, ονος, ὁ, motor seu quassator terræ. Epith. Neptuni. Ex σεῖσις, & χθὼν, *terra*.

Σεῖσμα, ατος, τὸ, concussio, quassatio, motus. A σείω.

Σεισματίας, ου, ὁ, ut σεισματίας τάφος, sepulchrum eorum quos ruina ex terræ motu oppressit. A σεῖσμα.

Σεισμὸς, οῦ, ὁ, terræ motus, Ph. concussio, Ph. excussio, Gl. V. A σείω.

Σεισοπυγὶς, ίδος, ἡ, motacilla, *avis*. Ex σείω, & πυγὴ, *nates*.

Σεισοῦρα, ας, ἡ, idem. Ex σείω, & οὐρὰ, *cauda*.

Σειστὸς, ἡ, ὸν, qui concuti ſeu quaſſari poteſt, concuſſus. Ab eod.

Σεῖστρον, ȣ, τὸ, ſiſtrum, crepitaculum in ſacris Iſidis adhiberi ſolitum. A σείω.

ΣΕΙ´Ω, f. σείσω, moveo, quatio, vibro, libro, Gl. V. σείει, concutit, quatit, criſpat, Ph. σεῖσαι, vibrare, Ph. inf. a. 1. Ἡνίας χεροῖν ἔσεισαν, Soph. El. 715. Πῶς τȣ̃τ᾽ ἔσεισέ μȣ δοκεῖς τὴν καρδίαν; Ariſt. Ach. 12. Χθονὸς δὲ νῶτα σεισθῆναι σάλῳ, Eur. Iph. in Tau. 46.

Σελαγέω, ῶ, f. ήσω, ſplendeo, fulgeo. Σὺν πεύκαις σελαγεῖ, Ariſt. Nub. 604. Σελαγεῖτο δ᾽ ἀν᾽ ἄστυ πῦρ ἐπιβώμιον Ἀργείων, Eur. El. 722. Σελαγεῖται μαρμαρέαισιν ἐν αὐγαῖς, Ariſt. Nub. 285. A σέλας.

Σελαγίζω, f. ίσω, ſplendeo, fulgeo. Ab eod.

Σελάνα, ας, luna, Dor. pro σελήνη.

Σελαναία, ας, ἡ, Ion. & Dor. pro σελήνη, luna.

ΣΕ´ΛΑΣ, ατος, τὸ, fulgor, lumen. Gl. V. fulgor, jubar.

Σελασφόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, ſplendorem ſeu lumen ferens, Suic. Ex σέλας, & φέρω, *fero*.

Σελάχιον, ȣ, τὸ, piſcium genus cartilaginoſum, cui cartilago pro cute eſt. Dim. a σέλαχος.

Σελαχοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, cartilagineus, cartilaginis ſpeciem referens. Ex σέλαχος, & εἶδος, *ſpecies*.

ΣΕ´ΛΑΧΟΣ, εος, τὸ, & pl. τὰ σελάχη, genus piſcium cartilaginoſum.

Σελαχώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, cartilagineus. A σέλαχος.

Σελάω, ῶ, ſplendeo, luceo. A σέλας.

ΣΕΛΕΥΚΙ´Σ, ίδος, ἡ, poculi, navis, vel veſtis genus, itemque avis locuſtis veſcentis.

Σεληναῖος, αία, αῖον, lunaris, lumine lunari illuſtratus. Hinc *Subſt.* σεληναία, ας, ἡ, luna, Ionice. A σελήνη.

Σελήνη, ης, ἡ, luna; σελῆναι, placentæ quædam rotundæ & latæ. A σέλας.

Σεληνιάζομαι, lunaticus ſum, conflictor morbo per certa lunæ intervalla redeunte, Matt. 4, 24. A σελήνη.

Σεληνιακὸς, ἡ, ὸν, lunaris; (2) lunaticus, morbo comitiali laborans. Ab eod.

Σελήνιον, ȣ, τὸ, lunæ lux, vel luna ſive lunæ ſidus. Ab eod.

Σεληνίδιον, ȣ, τὸ, lunula. Dim. a σεληνίς.

Σεληνὶς, ίδος, ἡ, lunula; (2) quiddam in parvæ lunulæ formam factum; (3) amuletum puerorum. Ab eod.

Σεληνίτης, ȣ, ὁ, ut σεληνίτης λίθος, lapis lunaris. Gl. V. σεληνίτης, lunaticus. A σελήνη.

Σεληνόβλητος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, q. d. a luna percuſſus, lunaticus. Ex σελήνη, & βάλλω, *jacio*.

Σεληνοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, lunæ ſpeciem referens. Ex σελήνη, & εἶδος, *forma*, *ſpecies*.

Σεληνόφως, ωτος, τὸ, lunæ lumen, radii lunæ, Suic. Ex σελήνη, & φῶς, *lux*.

Σελίδιον, ȣ, τὸ, chartula, pagella, pagellula. Gl. V. paginula. Dim. a σελίς.

Σελίδωμα, ατος, τὸ, tabula lata. Ab eod.

Σελινίτης, ȣ, ὁ, ut σελινίτης οἶνος, vinum ex apio compoſitum. A σέλινον.

Σελινοειδὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, apii figuram habens. Ex σέλινον, & εἶδος, *ſpecies*.

ΣΕ´ΛΙΝΟΝ, ȣ, τὸ, apium, *herba*.

Σέλινος, ȣ, ἡ, idem.

Σελινȣσία, ας, ἡ, ſpecies quædam braſſicæ. A σέλινον.

ΣΕΛΙ´Σ, ίδος, ἡ, pagina, Ph. margo, Gl. V.

Σέλλα, ης, ἡ, ſella, Gl. V.

Σελλάστρωσις, εως, ἡ, ſelliſternium, Gl. V. Ex σέλλα, & στρῶσις, *ſtratio*.

Σελλίζειν, divitias ſimulare in paupertate. A Sello jactatore quodam, quem Ariſtophanes perſtringit, Av. 126.

Σέλμα, ατος, τὸ, tranſtrum, jugum, Gl. V. & σέλματα, eluvies, Ph.

Σελματιαῖοι ποταμοὶ, lutulenti fluvii. A præc.

ΣΕΜΙ´ΔΑΛΙΣ, εως, ἡ, ſimila, ſimilago, flos farinæ triticeæ.

Σεμιδαλίτης, ȣ, ὁ, ut σεμιδαλίτης ἄρτος, panis e ſimila confectus. A σεμίδαλις.

Σεμναὶ, θεαὶ, Eumenides, ſive Furiæ, *apud Athenienſes*. A σεμνός.

Σεμνεῖον, ȣ, τὸ, locus ſacer, ſanctuarium, monaſterium. Ab eod.

Σεμνὴ, ῆς, ἡ, pudica, caſta, affectata fœmina, Gl. V.

Σεμνηγορέω, ῶ, f. ήσω, magnifice loquor ſeu prædico, cum gravitate loquor. A σεμνηγόρος.

Σεμνηγορία, ας, ἡ, oratio gravitatem præ ſe ferens. Ab eod.

Σεμνηγόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui graviter loquitur, qui magnifice prædicat. Ex σεμνὸς, & ἀγορέω, *loquor*.

Σεμνόθεοι, οἱ, divini humanique juris peritiſſimi ac religioni dediti; quales appellati philoſophi Indorum, & Gymnoſophiſtæ apud Laërt. Ex σεμνὸς, & Θεὸς, *Deus*.

Σεμνολογέω, ῶ, f. ήσω, graviter & ſpecioſe loquor. Ταῦτα σεμνολογȣ̃σιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν, Luc. ἀμφὶ τȣ̃ θείȣ, App. A σεμνολόγος.

Σεμνολόγημα, ατος, τὸ, dictum grave ac magnificum, quo quis ſe jactat. A σεμνολογέω.

Σεμνολογία, ας, ἡ, dictio gravis; (2) ſermo venuſtus. A σεμνολόγος.

Σεμνολόγος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui graviter de re quapiam diſſerit, oſtentator, jactator. Ex σεμνὸς, & λέγω, *dico*.

Σεμνολόγως, *Adv.* magniloque, jactabunde. A σεμνολόγος.

Σεμνόμαντις, εως, ἡ, vates venerabilis ac gravis. Ex σεμνὸς, & μάντις, *vates*.

Σεμνομυθέω, ῶ, f. ήσω, cum gravitate loquor; (2) cum faſtu & inſolentia loquor. Τί σεμνομυθεῖς, κεἰς ἀγῶν᾽ ἔρχῃ λόγων; Eur. Andr. 234. Ex σεμνὸς, & μῦθος, *ſermo*.

Σεμνοπαράσιτοι, οἱ, q. d. graves paraſiti, adulatores, qui gravitate ſuperciliosa paraſiticam adulationem tegunt. Ex σεμνὸς, & παράσιτος, *paraſitus*.

Σεμνοποιέω, ῶ, f. ήσω, magnifice æſtimo; (2) auctoritatem addo, reverentiam & majeſtatem concilio. Ex σεμνὸς, & ποιέω, *facio*.

Σεμνοπρέπεια, ας, ἡ, gravitas decora, dignitas oris, dignitas. A σεμνοπρεπής.

Σεμνοπρεπὴς, έος, ὁ ϗ ἡ, gravem virum decens; (2) gravi & eximia dignitate præditus. Ex σεμνὸς, & πρέπει, *decet*.

Σεμνοπρεπῶς, *Adv.* cum dignitate, graviter, decore. A σεμνοπρεπής.

Σεμνοπροσωπέω, ῶ, f. ήσω, gravitatem in vultu præfero. Κἀφ᾽ ἡμῖν σεμνοπροσωπεῖς, Ariſt. Nub. 362. A σεμνοπρόσωπος.

Σεμνοπροσωπία, ας, ἡ, gravitas ſeu dignitas oris, perſona gravis. Ab eod.

Σεμνοπρόσωπος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui gravitatem aliquam vultu præfert. Ex σεμνὸς, & πρόσωπον, *vultus*.

ΣΕΜΝΟ`Σ, ἡ, ὸν, venerabilis, caſtus, Ph. σεμνὸν ἀξίωμα, majeſtas, Gl. V. σεμνὴ, pudica, caſta, affectata fœmina, Gl. V. σεμνὸς, etiam honeſtus, gravis.

Σεμνόστομος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, gravis ore, qui graviter loquitur. Ex σεμνὸς, & στόμα, *os*.

Σεμνότης, ητος, ἡ, gravitas, majeſtas; (2) reverentia; (3) ſanctimonia, honeſtas; (4) pudicitia. A σεμνός.

Σεμνοτυφία, ας, ἡ, gravitas faſtuoſa, Suic. Ex σεμνὸς, & τύφος, *faſtus*.

Σεμνόω, ῶ, f. ώσω, exorno, illuſtro, magnificum & illuſtrem reddo, magnifice prædico. A σεμνός.

Σεμνύνω, venerandum & auguſtum reddo; (2) orno, honore & dignitate adficio; & σεμνύνομαι, gravitatem præ me fero; efferor, glorior, jacto me, ſuperbio. Σεμνύνȣσι τὴν τραγῳδίαν, Luc. Σεμνύνεται ἐπὶ τῇ τῆς ὄψεως εὐπρεπείᾳ, Dem. Ab eod.

Σέμνωμα, ατος, τὸ, ornamentum, decus. A σεμνόω.

Σεμνῶς, *Adv.* honeſte, decenter, graviter. Gl. V. pudice. A σεμνός.

Σεπτεύω, veneror. A σεπτός.

Σεπτήριος, ία, ιον, q. d. adorativus, cultivus. Hinc τὸ σεπτήριον, ȣ, ſc. ἱερὸν, ſolennitas novennalis Delphis in honorem Apollinis celebrari ſolita. Ab eod.

Σεπτὸς, ἡ, ὸν, venerabilis, venerandus, auguſtus. Ph. τὸ σεπτὸν, ſacrum. A σέβω.

ΣΕΡΑΠΙΑ`Σ, άδος, ἡ, Serapias, *herba quædam*.

ΣΕ´ΡΙΣ, ιδος, ἡ, cichorii ſive intybi genus. Gl. V. σέρις, intybus, intibum, intuba; σέριδες, intuba, Gl. V. Acc. ſing. σέριν, & σέριδα.

ΣΕΡΙ´ΦΙΟΝ, ȣ, τὸ, abſinthium marinum.

Σέριφον, ȣ, τὸ, idem.

ΣΕ´ΡΦΟΣ, ȣ, ὁ, inſecti genus, culex.

ΣΕ´ΣΕΛΙ, εως, τὸ, Seſeli, *herba*.

Σέσελις, εως, ἡ, idem.

Σεσοφισμένως, *Adv.* more eorum, qui captioſis & doloſis verbis utuntur, more ſophiſtarum, callide. A σοφίζω, *ſapientem reddo*.

Σευτλαῖος, ȣ, ὁ, q. d. betarius, ranæ nomen in Batrachom. ver. 208. A σεῦτλον.

Σευτλίον, ȣ, τὸ, parva beta; σεύτλια, betæ, Gl. V. Dim. a σεῦτλον.

ΣΕΥ῀ΤΛΟΝ, ȣ, τὸ, beta, Ph.

ΣΕΥ´Ω, cieo, agito, concito, fugo; σεύομαι, feror, concitor, prorumpo, ruo; σεύατ᾽, pro ἐσεύατο, a. 1. med. pro ἐσεύσατο. Ἐκ δ᾽ ἀμφοτέροιϊν Ἀτρεκὲς αἷμ᾽ ἔσσευα βαλὼν, Il. 5, 208. Ἐπὶ τεύχεα δ᾽ ἐσσεύοντο, ib. 2, 808. A σείω.

Σήθω, cribro, Gl. V. σήθει, cernit, Ph. A σείω.

Σηκάζω, ſtabulo includo; σηκάσθεν, a. 1. paſſ. 3. pl. pro ἐσηκάσθησαν, incluſa ſunt, Il. 8, 131. A σηκός.

Σηκοκόρος, Dor. σηκακόρος, ȣ, ὁ ϗ ἡ, qui ſtabulum verrit ſeu purgat; (2) ædituus, qui Deorum delubra purgat. Ex σηκὸς, & κορέω, *verro*.

Σηκίζω, ſagino. A σηκός.

Σηκὶς, ίδος, ἡ, ancilla, famula rerum domeſticarum curam gerens. Ab eod.

Σηκίτης, ȣ, ὁ, ſtabulo adhuc incluſus, lactens, *de agno*. Ab eod.

ΣΗΚΟ`Σ, ȣ̃, ὁ, templum, Ph. fanum, Gl. V. ſeptum, Gl. V. ſtabulum; σηκοὶ, fori *navium*, loculamenta, Gl. V. σηκὸς, etiam pondus vel ſtatera.

Σηκόω, ῶ, f. ώσω, pondero. Ph. σηκοῖ, perpendit, examinat; σήκωσον, pondera, Ph. a. 1. A σηκός.

Σήκωμα, ατος, τὸ, libramentum, examen, temperamentum, Ph. æquipondium, Gl. V. A σηκόω.

Σηκωτὴρ, ῆρος, ὁ, lorum jugi. Ab eod.

Σηκωτὸς, loculatus, Gl. V. A σηκός.

ΣΗ͂ΜΑ, ατος, τὸ, ſignum, nota, portentum, augurium; (2) vexillum, inſigne nobilitatis; (3) buſtum, ſepulchrum, monumentum.

Σημαία, ας, ἡ, vexillum, ſignum militare; (2) milites ſub uno ſigno militantes, cohors; (3) ſimulacrum, inſigne familiæ ſive nobilitatis. A σῆμα.

Σημαίνω, ſigno, ſignifico, nuncio, impero, Gl. V. σημαίνει, portendit, Ph. σημαίνοντες, ſignatores, Gl. V. σημάνῃ, deſignet, Ph. a. 1. conj. σεσημασμένος, obſignatus, p. paſſ. part. ἐσήμηνε, ſignum dedit, a. 1. act. σημῆναι, declarare, Philox. σημαίνομαι, ſignis quibuſdam colligo. Τοῖς ἄλλοις δὲ ἐσήμαινε πᾶσι ἐκβοηθεῖν, Xen. πρός τινα, Plat. τὸ ἀνακλητικὸν, Plut. στρατοῦ ἄλλου, præeſſe, Il. 14, 85. Τὰ μὲν σημαίνομαι, τὰ δ' ἐκπέπληγμαι, Soph. Aj. 32. Ab eod.

Σημαιοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſignifer. Ex σημαία, & φέρω, *fero*.

Σημαλέος, έα, έον, ſignificativus. A σῆμα.

Σημαντέον, *Adv. poſ.* ſignificandum eſt. A σημαίνω.

Σημαντὴρ, ῆρος, ὁ, qui ſignum dat, qui claſſicum canit, paſtor, dominus; (2) annulus ſignatorius. Ab eod.

Σημαντήριον, ου, τὸ, ſignaculum, ſigillum. A σημαντήρ.

Σημαντικὸς, ὴ, ὸν, ſignificativus. A σημαίνω.

Σημαντικώτατα, *Adv.* ſignificantiſſime. A præc.

Σημαντρὶς γῆ, terra ſigillaris. Ab eod.

Σήμαντρον, ου, τὸ, ſigillum, ſignum. Ab eod.

Σημάντωρ, ορος, ὁ, ſignificator, qui aliquid ſignificat; (2) dux, imperator, præſes, præfectus; (3) *Adject.* ſignificativus, ſignificans, indicans. Ab eod.

Σημασία, ας, ἡ, ſignificatio, ſignificatus, ſignificatum, Ph. (2) ſigni datio, claſſicum. Ab eod.

Σηματίζομαι, f. ίσομαι, ſignis quibuſdam colligo. A σῆμα.

Σημάτιον, ου, τὸ, parvum ſignum. Dim. a σῆμα.

Σηματόεις, όεσσα, όεν, q. d. ſepulchroſus; multa habens ſepulchra, Suic. Ab eod.

Σηματουργὸς, οῦ, ὁ, qui inſignia facit, Suic. Ex σῆμα, & ἔργον, *opus*.

Σημειογραφέω, ῶ, notis in ſcribendo compendii gratia utor. A σημειογράφος.

Σημειογράφος, ου, ὁ ϗ ἡ, notarius, qui notis ſcribit celeritatis cauſſa, ut alterum dicentem adſequatur. Ex σημεῖον, & γράφω, *ſcribo*.

Σημεῖον, ου, τὸ, ſignum, nota, argumentum; Ph. vexillum, Gl. V. monſtrum, Ph. oſtentum, miraculum. A σῆμα.

Σημειοφόρος, ου, ὁ ϗ ἡ, ſignifer, vexillarius, Gl. V. Ex σημεῖον, & φέρω, *fero*.

Σημειόω, ῶ, & σημειόομαι, οῦμαι, noto, ſigno, denoto, deſigno, Gl. V. σεσημειωμένος, ſignatus. Τοῦτον σημειοῦσθε, 2 Theſſ. 3, 14. A σημεῖον.

Σημειώδης, εος, ὁ ϗ ἡ, ſignificans, ſignificandi vim habens; (2) inſignis, inſignitus, notabilis. Ab eod.

Σημειωδῶς, *Adv.* ita, ut facile appareat, notabiliter. A σημειώδης.

Σημείωμα, ατος, τὸ, conſtitutio, declaratio, decretum. A σημειόω.

